UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Nucleus Mysticus Legis Iustitiæ Evangelicæ In Quo Mundi Vanitas, Diaboli ... continentur ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

Visual Library

# NUCLEUS MYSTICUS LEGIS ET IUSTITIÆ EVANGELICÆ

IN QUO

MUNDI VANITAS, DIABOLI fraudes, Carnis Corruptio, vitiorum turpitudo, virtutum decor, Memoriæ Nouiſſimorum, & carnis mortificationis utilitas; cæteraque ad æternam ſalutem neceſſaria, brevibus explicata, continentur: Ex ipſis Divini verbi floſculis, & SS. Patrum viridariis collectus; & in hanc compoſitionem carmine Heroico redactus.

OPERA ET STUDIO

A.dum Reverendi & Eximii Domini

EWALDI MARCHII,

SS. Theologiæ Licentiati, Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ, ad S. Joannem Oſnabrugi Canonici, ac Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis, FRANCISCI GUILIELMI, Principis & Epiſcopi Oſnabrugenſis &c. Conſiliarii.

*Editio tertia auctior & correctior.*

✠

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Typis & Sumptibus WILHELMI FRIESSEM Bibliopolæ. Anno 1660.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LEX Domini immaculata, convertens Animas: Teſtimonium Domini *fidele*, Sapientiam præſtans Parvulis. *Pſal.* 18. v. 8.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & totâ Animâ tuâ, & in totâ mente tuâ &c. Et Proximum tuum, ſicut teipſum: in his duobus mandatis, univerſa LEX pendet, & Prophetæ. Matth. 22. Marci 12. Lucæ. 20.

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

CUm Salvator noſter Christus, Sacræ ſuæ Humanitatis, (*a*) (in quâ, omnis plenitudo Divinitatis, habitabat corporaliter) Majeſtatem & Gloriam, aliqualiter adumbraturus, cum Petro, Jacobo, & Joanne, Montem Thabor conſcenderet, (*b*) ejuſdemque minimam quendam radium, vultus & corporis ſui ſplendore, medius inter Moyſen & Eliam, oculis eorum videndum præberet: in tantam, ex hoc viſu, raptus eſt extaſin Petrus, ut trium ſibi Tabernaculorum permitti peteret exſtructionem: verum, hujus ſui voti effectum, tunc minime obtinuit, non enim Deus, (*c*) qui fecit Mundum, & Omnia, quæ in eo ſunt, cum ſit Cœli & Terræ Dominus, in Templis manufactis habitat, nec materialibus ædificiis, tantopere delectatur, ſed illis potius, quæ (*d*) conſtruuntur ex lapidibus vivis, tunſionibus & preſſuris expolitis, lociſque ſuis, concinno ordine, per manus cœleſtis Artificis coaptatis, ex quibus tan-



(a) *Coloſſ.* 2. (b) *Math.* 17. & 2. *Petri.* 1.
(c) *Actor.* 17. (d) *Hymnus Eccleſiæ.*

dem, ſpirituale ædificium, in Cœlum conſu
git, in quo, (*e*) omnes Domeſtici, duplic
Caritatis, Dei & Proximi, veſte induti, (*f*)
aſcenſiones in corde ſuo diſponunt, (*g*) ma
nuſque ſuas, extendunt ad fortia, & ſuper Al
tare (*h*) Thymiamatis, quod circumſte
runt in Templo Cordis ſui, Deo offerunt,
Thus Devotionis, Myrrham Mortificationis,
Aurum Obedientiæ, Laudis, Gratiarum a
ctionis, & bonæ promptæque (*i*) volun
tatis, quæ, ſicut oleum, ſuper omnes liquore
natat; ita & hæc inter virtutes omnes, Prin
cipem locum tenet; Eſtque Deo gratior, ſu
per omnia Sacrificia, & Holocauſta Anima
lium medullata, cujus virtus, nec ipſum Po
tam Ethnicum latuit, qui cecinit:

Ut deſint vires, tamen eſt laudanda volunta
Hac ego contentos, auguror, eſſe Deos.
Hæc facit, ut veniat, Pauper quoque gra
ad Aras,
Et placeat cæſo, non minus Agna, Bove

Hinc Ego, hujus tantopere Privilegiat
bonæ voluntatis piâ confidentiâ inductu
tria Spiritualia TABERNACULA ad Ho
norem Sanctiſſimæ TRINITATIS, & i
divid

(c) *Parab.* 31. (f) *Pſal.* 83. (g) *Par*
31. (h) *Exodi.* 20. *&* 31. *Luce.* 2.

dividuæ UNITATIS, pro virium meãrum exiguitate, humillime exſtruxi. Verum, cum mihi nulla alia ſupellex, quam in ea inferrem, ad manus eſſet, Hinc, ne in Conſpectu Dei vacuus apparerem, in ſingula TABERNACULA unum NUCLEUM intuli, & ad Aras uniuſcujuſque TABERNACULI depoſui, & PRIMUM quidem, de JURE & JUSTITIA, DEO PATRI, cui JUSTITIA, quam in eo tradidi, propriè attribuitur. Secundum vero de LEGIBUS, DEO FILIO obtuli, huic enim Sapientia adſcribitur, quæ in condendis & exequendis LEGIBUS, maxime requiritur. At hunc Tertium MYSTICUM de LEGE EVANGELICA, SPIRITUI SANCTO, uti Charitatis & Miſericordiæ Auctori, inſcripſi, quo operante, hæc LEX Mundo annunciata, & per ejus gratiam, Levis & ſuavis Hominibus facta fuit.

Quem, hac tertiâ Editione, modo auctum & correctum tuo bono, LECTOR BENEVOLE, denuo in Lucem edidi, ſperans, ejuſdem ſuccum, non minus tibi placiturum, quam priorem, cum illi duo Nuclei iſta Præcepta tradant, quibus Pax & Tranquillitas, quæ in Legum obſervatione, & JUSTITIÆ adminiſtratione conſiſtit, in Mundo

conſervetur. Hic vero inſtruat, qualiter Pa
Conſcientiæ, uti & cum Deo, & Hominibus
ſimulque æterna Beatitudo, obtineri poſſit
Quanto igitur præſtantior eſt Anima corpo-
re; Sic hujus NUCLEI Materia, cæteris
dignior, gravior, & utilior eſt, cujus ſuccum,
magno ſtudio, ex ipſis Sacræ Scripturæ, & SS.
PATRUM Floribus, fideliter excerpſi, ut
tanto majorem fidem mereretur.

Nec me, ab hoc pio propoſito abſtraxit,
immenſus Labor, quem in exquirendis, ci
tandis, & applicandis Sacræ Scripturæ loci
impendi, nec etiam præviſa Aliquorum for
te ſugillatio, quod Theologus, Verſu, han
LEGEM EVANGELICAM deſcripſerim
Per hunc enim, Laborem meum magis aux
Quem tamen, ex Amore Salutis Proximo
rum, non ſubterfugi, & animoſius ſuſcepi,
ad hujus DIVINÆ, EVANGELICA
QUE LEGIS, utiliſſimam Cognitionem
Amorem, & ſalutare Exercitium, Metrica
variatione, LECTOREM pellicerem, ca
que brevibus, multa complecterer, quæ ci
tius memoria, quam proſam caperet, & te
nacius inhærerent; ſecutus in hoc S. GRE
GORIUM NAZIANZENUM, DAMA
SUM Papam, PETRUM DAMIANUM
SEVERUM SULPITIUM, FULGEN
TIU

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TIUM. BOETIUM, PRUDENTIUM, JUVENCUM (quem citat S. Hieronymus) aliosque quam plurimos, inter quos & ipſe S. AUGUSTINUS, qui caput 18. Meditationum à carmine exorſus eſt. Imo ipſa S. Mater Eccleſia in pluribus Canticis, & Hymnis ſolennibus carmine utitur.

Nec mihi ſuccenſebis, vitiove vertes, LECTOR BENEVOLE, Carmen meum, durius aliquando fluere, nec elegantiam fortè Poëticam ubique ſapere, cum in illo potius, ad ſenſum genuinum Sacræ Scripturæ, eumque propoſitæ Materiæ accomodandum, attenderim, & ut Theologus, ad interioris Hominis renovationem, & perfectionem magis reflexerim, quam, uti Poëta, ad dulcem carminis modulationem; nec tam in perſuaſibilibus Humanæ Sapientiæ verbis, Scioloſ vel curioſos Cenſores, magis prudentiam carnis, & non ea, quæ ſunt Spiritus, ſapientes, inſtruere intenderim, quam Animæ Deum timenti, & æternam Salutem, ſincero corde quærenti, ſimplici Stylo (quo & ipſa S. Scriptura utitur) viam planam, & rectam demonſtrare, per quam ſecure, & ſine offendiculo, ad Cœleſtem Patriam, pervenire, deviaque & Laqueos, ab Inſidiatore Hoſte poſitos, prudenter evadere poſſit; Huc enim

totus, & ſolus meus collimat Scopus.

Hunc igitur meum Laborem, Dei Honori, & Proximorum ſaluti, dicatum, æqui bonique, Candide LECTOR, conſule ac Præcepta tradita, in praxim redige, Tunc tuæ propriæ ſaluti, fructuosè conſules, & piæ Intentioni meæ, ac Exſpectationi, plene ſatisfacies. His Vale, & pio meo Conatui Fave.

HERACLITUM ajunt, lachrymas fudiſſe
    frequentes,
DEMOCRITUM crebro Mundum riſiſſe
    cachinno:
Hic tibi, ſi fatuus, Fletus Riſuſque videtur,
Falleris: his ſignis myſteria docta natabant;
Blandimenta, Jocos, Ludibria, Gaudia vana,
Mundi, Heracliti deflere pupilla docebat:
Hæc quoque Ridebat, patulo Democritus
    ore;
Hinc cauſa una fuit Fletus, Riſuſque Duorum,
Nam pravos Hominum mores carpebat
    uterque;
Qui nunc in Mundo, ſimili graſſantur abuſu;
Verius attingit meus hos, monſtratque
    LIBELLUS,
Errores carpens, virtutum Semina ſpargens,
Pandit Iter Cœli, verſuti Dæmonis aſtus

Pro-

Prodit,& æternæ piâ dat documenta ſalutis,
In verbo fundata Dei,quod fallere neſcit:
Eſt Animæ ſpeculum,maculas quod detegit omnes,
Quæ longo cœcam latuerunt tempore mentem,
Norma piæ vitæ eſt,& conſolatio cordis:
Hunc igitur ſi ſæpe legas,& corde reponas,
Guſtum ſpero dabit,Pietati Calcar acutum
Addet; Peccati noxas vitare docebit.
Niltibi, res Mundi, poterunt ſuperaddere maius.

---

## CARMEN AGGRATULATORIUM IN TERTIAM EDITIONEM NUCLEI MYSTICI LEGIS ET JUSTITIÆ EVANGELICÆ

Admodum Reverendi & Eximii Domini EWALDI MARCHII, SS. Theologiæ Licentiati,&c. Ejuſque Inſignia, LEONEM & AQUILAM; & dictum, FORTITER & SUAVITER.

SI LECTOR cupias Animæ curare Salutem?

Noſcere & innumeras, Dæmonis Inſidias?
Corruptos Hominum mores ? Et Gaudia falſa ?
Inferni Pœnas ? Judiciumque DEI
Quid ſit Dura pati, Rationi ſubdere carnem?
Quantum virtutis, Juſtitiæque decus?
Inſtabilem vitam, mortis quoque Spicula certa ?
Paſſio quid CHRISTI ? quid Timor ipſe DEI ?
Qualiter in mundo vivendum ? Quæque cavenda ?
Cunctorumque Hominum facta notare DEUM ?
Otia quid noceant ? Pravi & Conſortia Cœtus ?
Quæque voluntatis, præmia magna bonæ?
Gaudia Sanctorum ? Laudes & Virginis almæ ?
Lucifer exoriens ? veſpera quidve petat?
Quid ſit Divinus Timor ? Et quæ Oratio poſcat ?
Et quam mercedem, Pauper Egenſque dabunt ?
Æternum quid ſit ? Quanta & Patientia virtus ?
Quid Purgans Ignis ? Quæ via recta poli ?

Judicium Extremum quid? Quid vox Ite, Venite?
Et quæ Peccatis Pœna perennis erit?
Myſticus hæc NUCLEUS, multa & bona plura docebit?
Quæ ſervire queunt, pro medicinâ Animæ.
Ex verbis Sacris (propriis vix utitur ullis:)
Omnia, quæ profert, ritè probata dabit.
Humanas LEGES, NUCLEI docuere Priores,
Divinaſque docet Myſticus hic NUCLEUS,
Illis dirigitur Mundus, conquiritur hocce
Cœlum, Pax cordis, gratia ſancta DEI,
Humanas LEGES defendunt Arma LEONIS:
Divinas Aquilæ, lumina perſpicua:
Quadrupedis, volucriſque docent, Inſignia, mundi
JUSTITIAM, & LEGES, Juraque ſacra Poli,
Fortiter in NUCLEIS primis, Injuſta vetantur,
Myſticus hic, ſuavem monſtrat ad Aſtra VIAM
Suaviter & caſtum ſuadet virtutis Amorem,
Servandique Animam, dat documenta Sacra!
Quæ ſi conſerves, guſtabis Gaudia cordis,

Quæ præbere ſolet, mens bene fixa DEO:
Iſte triplex ſuccus NUCLEORUM, mixtus in unum,
Contra Animi morbos Pharmaca ſana dabit!
Eſt ſacer hic TRIADIS numerus, defendet Inermes,
A mundi, Sathanæ, Carnis & inſidiis:
Quod Scriptis Auctor docuit, monſtravit in Ara,
Quam poſuit vivens URSULA Sancta Tibi,
Et Sacra Feſtivis, cunctis Fundata diebus,
Divino Zelo, quæ celebranda dedit:
Hinc præſens NUCLEUS, penetret ſi viſcera cordis,
Invenies requiem, quam dabit hic Animæ,
Et quæ, perpetuæ poterunt prodeſſe Saluti,
Pro quâ ſervandâ, cura perennis erit,
Quæ ſi deficiat, labor eſt Fruſtraneus omnis
Exulat è Mundo, cum Pietate Fides.

*Domino Fautori & Patrono ſuo obſervandiſſimo ſubmiſſo affectu accinebat.*

BERNARDUS BANNIER Vicarius, & Poſſeſſor Altaris S. URSULÆ ac SS. EWALDORUM in collegiatâ S. JOANNIS Baptiſtæ.

# NUCLEI MYSTICI LEGIS ET JUSTITIÆ EVANGELICÆ.

§. 1.

*Demonſtrat rectam & veram Viam, qua ad Cœlum ducit, & in quo conſiſtat Perfectio vitæ Chriſtianæ explicat, ac craſſos vulgi errores detegit.*

Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matth.* 11 *v.* 12.

Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad Perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam *Matth.* 10 *v* 13.

Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniant eam. *Ib. v.* 14.

ERror quo totus prope circumducitur orbis.
Indoctis, doctisque frequens, communis ubique.
Exceptis paucis, queis lux affulſit ab alto,
Errores monſtrans, immiſſos Dæmonis arte,
Ut videant tenebras, quas hic pro luce reponit;
Eſt Animis infixa nimis, perſuaſio certa,

Vivere ſe recte, & dignos mercede ſupernâ,
Dum peccata cavent, Mortis quæ nomine dicta,
Et Præcepta Dei digitis, inſcripta Tabellis
Servant, quâ Judæa ſimul gens Lege tenetur
Vim nulli faciunt, cunctis ſua debita reddunt,
Publica non alijs vivendo, ſcandala præbent
a Multiplicantque preces, quando devotio ſuadet,
b (Sit ſuſpecta licet, puro niſi corde profecta
Conditio aut abſit, Pietas quam vera requirit
Ut ſit prompta, frequens, velox & in alta feratur)
Cum tamen, internis vitijs, hi ſæpe laborent,
Propter perverſos, ex conſuetudine mores,
c Ut cæci, nequeant internas cernere ſordes,
Quin his, virtutum ſacro velamine tectis,
d Se fulgere putant, cum ſint nigredine turpes,
Nec ſatagunt, Animi motus compeſcere pravos,
e Illorum ductum, veluti jumenta ſequentes
Quæ præſens avidè quærunt, oblita futuri
f Non minus inſtabiles vento, quo fertur Arundo,
Triſtia ſi cedant, mœſti, ſi læta, protervi.

Hic

(a) *Luca* 18 (b) *Ib.* (c) *Mat*, 13. (d) *Math*, 23. (e) *Pſal.* 31. (f) *Matth*, 11.

Hic curſus Mundi, & vulgi perſuaſio cœca;
eſt;
g Heu errant, æterna ſalus, majora repoſcit,
Quæ pretioſa nimis, ſudores exigit amplos;
Eſt rude, quod primâ terrâ, producitur aurum
Redditur aſt purum, humanis ac uſibus aptum
Et ſplendore micat, precij eſt, magnique valoris,
Sed non ante, labor ſi non purgarit & Ignis:
Sic nil gratuito Cœlum dat, cuncta labore
h Vendit, ad arma vocât, Bellorum poſtulat uſum,
Eſt mollis miles, qui non expertus in armis,
Ductoremque gemens ſequitur, dum prælia fervent;
i Dux Belli Deus eſt, nova qui certamina condit,
Quæ fortes animos, non fortia corpora poſcunt,
Internis conſtant armis, externa repellunt,
Gloria nam Regis noſtri, conſiſtit ab intus,
Cujus Militiæ, virtutes arma miniſtrant,
Spes, Amor (k) atque Fides, gladius ſunt, Lancea, Scutum,
Et portare Crucem patienter, gloria ſumma eſt;
Ta-

(g) *Matth.* 11. (h) *Pſal.* 143. *Iob.* 7. 1. *Tim.* 6.
(i) *Iud.* 5. (k) *Pſal.* 41.

Talia Bella Deus jubet, his proſternitur hoſtis,
Antiqui robur, quo devincuntur inermes,
Qui requiem quærunt, quando pugnare jubentur;
Hanc gradiēdo viam, nemo pervenit ad aſtra,
Jucunda in vita, triſtis ſed morte futura
*l* Declinare malum, exercere bonum, Via cœli eſt,
Et Mundi perferre mala, ejus ſemita recta
*m* Aſpera principio, cumulat ſed gaudia finis
Quam brevibus notam reddam, ut ſit pervia cunctis,
Devia, & Ambages, digito monſtrabo nocivas.
Conſiliumq; dabo, cujus præſcripta ſequēdo
Ad Patriam recte ducent in fine ſupernam,
Praxis erit facilis, dextram ſi apponis aratro,
Suſcipiens curam, quam in res impendis inanes;
*n* Omnia deſpicito, quæ fallax diligit orbis,
*o* Commoda, divitias, vulgi vanosque favores,
*n* In quo nulla quies, miſeris ſpes nulla ſalutis

(l) *Pſal*, 36. *S. Greg. hom.* 13, *in Ev.* m) *Prov.* 15. *Sap* 10 *Iſa.* 55 (n) *Ioan* 1. *c.* 2. 4 & 5 (o) *Iac.* 2. & 4. *S. Bern. difficile eſt eſſe in honore ſine timore, in prælatione ſine elatione in dignitate ſine vanitate, raroque eſt humilitas honorata*

*p* Magnatumque gradus, vel grandia culmina honorum,
Cum ſatient minime, tendant ſed ſemper in altum,
Ut lapſu graviore ruant, noceantque ſaluti.
*q* Hæc mala, declinant humiles, queîs gloria ſola
Eſt, ſervire Deo, toto quoque corde placere;
Magnorum hinc rident ſtudia, & molimina vana,
Ut fundata minus, paries quam nixus arenæ,
Qui cadit, exiguo ventorum turbine motus:
*r* Tu cuſtodi animam, vitij nec pollue labe,
*ſ* Quam ſi contraxit, ſubito Confeſſio purget
Reddere nec differ, læſus queîs Proximus à te eſt,
*t* Ac forti propone animo, Peccata cavere,
*u* Sincere ſervito Deo (*x*) Pareto libenter
*y* Ipſius & Numen, reverenter amato, timeto
*z* Judicium, Infernus, Cœlum, Mors certa futura
Ante oculos ſint fixa tuos, in corde quieſcant

*aa* Si

(p) *Eſther* 3. & 7 *Iud.* 13, *Iſaia* 14. *Dan.* 4. 2. *Machab.* 9. (q) *Iſaia* 61. 1. *Petri* 5. *Matth.* 5. *Pſ.* 35. (r) *Prov.* 4. *Hab.* 2. *Mat.* 5. (ſ) 2. *Reg* 12. *Pſ.* 21. (t) *Lucæ* 19. (u) *Deutr.* 6 2. *Theſſ* 1. (x) *Pſal* 118. *Ioân.* 13 & 23 (y) *Pſ.* 17. *Eccl.* 13. *Prov.* 18. 1. *Ioann.* 4. *Iac.* 1. & 2. (z) *Eccl.* 7.

*aa* Si adverſi caſus, quos inconſtantia rerum
Profert, ſuccedant, ſemper divina Voluntas
Sit ſcopus in cunctis, Illi te ſubjice totum,
*bb* Tum meliore feres animo, adverſantia quævis,
Et meritum in Cœlis majus, patientia reddet
*cc* Eveniant morbi *dd* Paupertas *ee* Læſio famæ,
*ff* Seu Mors, Contemptus, Jactura *gg* Injuria, Visque,
Et quæ inferre poteſt crudelia, ſæva Tyrannis,
*hh* Non turbent, meriti datur his occaſio magni,
*ii* Nullus humo dolor egreditur, ſed ab Æthere ſummo,
Unde bona & mala proveniunt, nec ſorte geruntur;
An curare Deum credis, ſublimia Cœli?
*kk* Non homines? ſapis haud, nam cura eſt de omnibus illi,
*ll* Quo ſine nec crinis de corpore profluit ullus

Hinc

(aa) *Iob.* 1. 1. *Reg.* 3. 1. *Machab* 3. *Matth.* 6, (bb) *Pſal.* 89. 1. *Iac.* 5. *Matth.* 5. (cc) 4 *Reg.* 20. *Iſ.* 38 (dd) *Luca* 16. (ee) *Dan.* 13 (ff) *Gen.* 37. *Matth.* 5 (gg) *Ioann* 1 . & 16. (hh) *Pſal.* 89. (ii) *Iob.* 5 *Eccl* 11 (kk) *Sap.* 6. *Pſal.* 45. 1. *Pet.* 5. (ll) *Matth.* 10. *Luca* 12.

Hinc Adverſa ſciens, de ſede venire ſuperna,
Non deſponde Animum , læto ſed ſuſcipe vultu;
*mm* Sit tua vita Labor, (*nn*) Gemitus (*oo*) Patientia (*pp*) Cruxque.
*qq* Sit Mors in votis, ſitque (*rr*) Expectatio Cælum,
*ſſ* Et quæ magna putat mundus, quaſi ſtercora ſperne:
*tt* Mortifica affectus, quoties ad devia flectũt.
*uu* Principijs obſta, vitijs ſi ſemina præbent,
Ut non æternæ, pariant mala germina mortis.
*xx* Non ſis ſolicitus, corpus quæ commoda poſcat,
Sola Animæ ſit cura tuæ, æternæque ſalutis,
*yy* Ut licet adveniat Mors improviſa , paratum
Inveniens, non pæna foret, ſed janua vitæ,

Quâ

(mm) *Prov.* 10. & 31. *Eccl.* 7. *Pſal.* 127. (nn) *Pſal.* 6. & 37. *Matth.* 5. (oo) *Pſal,* 9. *Eccl.* 2. *Luca* 8 *Rom.* 5. *Hebr.* 10. *Coloſſ.* 1. *Iac* 1: 2. *Petri* 1. (pp) *Matth.* 10 *Luca* 9. & 14. *Gall* 1. & 6. (qq *Pſal.* 4. *Iob.* 10. *Rom.* 7. (rr) *Phil.* 3. (ſſ) *Phil.* 3. *Pſal.* 83. & 41. (tt) *Gen.* 24. *Pſal.* 43. *Rom* 8. *Coloſſ.* 3 (uu) 1. *Petri* 5. *Iac.* 1. (xx) *Pſal.* 19. & 1. *Petri* 5. *Luca* 12. (yy) *Matth.* 10. *Dan.* 13. (zz) *Matth.* 13. & 14. *Luca* 12. S. *Greg. hom.* 13. *in Evang.*

Quâ datur ingreſſus , Cœlorum ad gaudia certus:
*aaa* Nulla quies homini, carnis qui captus amore,
*bbb* Sola quies Animæ, vitiorum ſordibus expers
Dat veram Pacem, cui triſtia nulla nocebunt
*ccc* Hâc habitâ ſecurus eris, nec bella timebis,
*ddd* Et nihili facies, vanus quæ Mundus adorat,
Soliciteque ambit; quæ oculi perduntur in ictu;
Nec minus utilia , hæc Præcepta ſequentia tradent,
Quorum ſi ductum fueris per cuncta ſecutus
Cœleſti fœlix ſcriberis civis in Aulâ.

§.2.

(aaa) *Eccleſ* 1. *Ezech*. 7. *Oſea* 4 2. *Reg*. 13. (bbb) *Prov*. 15. *Pſal*. 4 & 26 *Phil*. 4. *Coloſſ*. 3. *Iac* 2 . *Rom*. 2. (ccc) *Pſal*. 22. 45 & 55. *Eccli*. 34. (ddd) *Eccleſ*. 1 *Phil*. 3. *Sap*. 5 *Luca* 12. 1. *Ioan*. 2 *S. Chryſoſt. in Serm. contra concubinarios*.

## § 2.

*Arguit hominum imprudentiam, circa conſiderationem Noviſſimorum.*

Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentiâ utinam ſaperent, & intelligerent, âc Noviſſima providerent. *Deutr.* 32. *v.* 28. & 29.

a Cur ſic vivis homo, ut ſemper victurus in orbe?
Cum mors per cunctas horas, ſua tela minetur,
Exſpectans tempus, vitæ quo terminus inſtat
b Ut rapiat corpus, Terræ deducat ad antra,
c Et vermes rodant, ſerpentes pabula carpãt,
d Excipiatque Animam, Cœlum, vel dirus Avernus,
e Ut feret eventus, dubius qui ſæpius hæret,
Sorti adeo incertæ, poſt mortem, ſubditur omnis.
f Et tamen, hæc pauci, cordi tam ſerio ſumunt,
g Vivere ſecure pergunt, quaſi fabula mors ſit,
h Præmia nulla Bonis manent, nec pœna malignis:

i Haud

(a) *Pſal.* 106. *Eccl.* 14. *Rom.* 5. (b) *Pſal.* 87. (c) *Iob.* 17 *Eccl.* 10. (d) *Luc.* 16. (e) *Matth.* 25. (f) *Deutr.* 32. (g) *Sap.* 2. (h) *Matth.* 25.

*i* Haud ſecus ac Brutum, rationis lumine captum.
k Mancipium ventris, ſolum præſentia quærens:
*l* In vitium præceps, ut equus laxatus habenis,
Aut Lapis ex alto demiſſus, ad infima tendit
*m* O nimium miſer, heu! quæ te dementia capit?
Nobilitas Animæ, à te nobiliora requirit,
In tenebris palpas, Sathanæ deluderis aſtu,
Degener heus animo, majori fine creatus,
*n* Filius æterni Regni ſignatus, & Hæres
*o* Os ſublime datum, Cœlorum ut ſidera ſpectes,
Demiſſique pedes, terræ ut veſtigia figant
*p* Nonne docent, rectos ad Cœlum tollere vultus?
*q* Et cunctas illuc, mentis convertere curas?
Aut viles terræ pedibus calcare cloacas?
Hæc natura monet, primæva creatio mōſtrat
§. 3.

(i) *Pſal.* 48. *Iudæ* 1. 1. *Corinth.* 12. (k) *Phil.* 3. *Titi* 1, *Corinth.* 6. (l) *Gen* 6. (m) *Pſal.* 4. (n) *Epheſ.* 2. & 4. *Tob.* 8. (o) *Pſal.* 24. (p) *Pſal.* 122. (q) *Coloſſ.* 3.

## §. III.

*Pœnas Inferni ante oculos ponit.*

Pluet ſuper Peccatores laqueos, ignis & ſulphur, & Spiritus Procellarum, pars calicis eorum. *Pſal.* 10. *v.* 7.

Et aperuit puteum. Abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aër de fumo putei. *Apoc.* 9. *v.* 3.

(*a*( Num te percellit Divini Numinis Ira?
(*b*) Num Mors (*c*) Judicium (*d*) Non ardens Flamma Gehennæ;
(*e*) Vermis edax? (*f*) Tortorque furens? (*g*) Tenebræque perennes?
(*h*) Serpentes rabidi? (*i*) Crudelia monſtra Ferarum?
(*k*) Terribiles vultus, ſpirantes naribus ignes?
(*l*) Carbones? crates (*m*) Succenſiq; igne lebetes.

(*n*) Non

(a) *Rom.* 2. *&* 3. *Luca.* 3. *Apoc.* 6. (b) *pſal.* 51. *&* 144. (c) *Mal.* 4. (d) *pſal.* 10. *Math.* 11. *Luca.* 16. (e) *Iſaia.* 66. ( f( *Math.* 18. (g) *Math.* 25. (h) *Sap.* 9. *&* 20. (i) *Sap.* 17. *Apoc.* 9. (k) *Iob.* 41. (l) *pſal.* 139. (m) *Luca* 16.

(*n*) Non Horror? Fœtor? (*o*) Glacies! Niſi? Grando? Procellæ?
(*p*) Immenſum Frigus? (*q*) Fumus cum ſulphure mixtus? *r* Perpetuus clamor? *ſ* ſtridor? *t* Gemitusque? Dolorque?
Queis eheu pœnis, Peccans ſe ſubjicit omnis
*u* Ni modò pœniteat, commiſſaque crimina plangat,
*x* Et totum reddat quidquid poſſedit inique,
Hæ ſi non moveant cordis tua viſcera pœnæ
In vitá, moriens has claro lumine cernes.

n *Iob*.10. o *Pſal*.148. p *Pſal*.147. q *Apoc*.19. 20. & 21 r *Matth*.8 & 13. ſ *Sap*.5 t *Luca* 13. u *Luca* 3 x *Luca* 19.

## §. IV.

### *Deſcribit peccati turpitudinem, & vindictam.*

De ore ejus lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ, de naribus ejus procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis, halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus progreditur. *Iob*. 41. *v*. 11. 12. & 13.

TAm fera, tam turpis, tam trux, crudelis, & atrox
*a* Peccati eſt facies, oculi ut conſpecta per ictum

Hor-

a *Iſa*.13.

Horribilis viſu, totum conſumeret orbem.

*b* Diluvij hoc mo nſtrum, mundum quod perdidit undis.

*c* Impuram Sodomam ſubvertit, & igne Gomorrham?

*d* Luciferum Sociosque mali ſub tartara miſit.

*e* Adamum pariter, dejecit ſorte beatâ

*f* Ac toti mundo, præcluſit limina Cœli,

Millia quid memorem, quæ abſumpſit ſquallor eremi.

*g* Quid terrâ abſorptos vivos Core, Dathan, Abiron?

*h* Ipſum cerno Dei Gnatum, deſcendere cœlo,

*i* Peccati ut proprio, mundaret ſanguine ſordes,

*k* Et virus mortis, victrici morte fugaret.

*l* Hinc fuge peccatum rabido cane pejus & angue:

*m* Hi corpus lacerant, illud deducit ad ignem



b *Gen* 7. c *Gen.* 19. d *Iſa.* 14 *Apoc* 12. e *Gen.* 3 f 1 *Corinth.* 11 g *fuerunt ſexcenta millia virorum, educentium gladios, exceptu parvulu & mulieribus* Exo. 12. *Qui omnes morti addicti ſunt, excepto Ioſue & Caleb* Num. 14. & 16. h Numer. 16 *Pſal.* 105 i *Luca* 1. k *Ioann.* 19. l *Ecc.* 21 m *Luca* 22.

a in quo nulla quies, miſeris ſpes nulla ſalutis.

§. 5.

*Reprebendit prudentiam carnis.*

Filii hujus ſæculi prudentiores Filiis lucis in generatione ſua ſunt. *Luca.* 16. *v.* 8.

LYnceus atque ſagax, in Mundi es rebus agendis.
b Prudenterque geris, quod ſæcli poſtulat uſus,
Nil tranſire ſinis, tibi quod prodeſſe putabis.
Omnia ſcrutaris, nulla intentata relinquis,
Ut loculos repleas, habeas vel commoda rerum.
c Sed ſtupidus, ſimplex, ac talpâ cæcior ipsâ.
d Quando animæ curanda ſalus, manſura per ævum
Sic miſerum fallit, nimia hæc prudentia carnis,
e Quam fugit, ut peſtem, Sapientia Cœlica Chriſti,
Quæ ſola eſt melior, quam tota ſcientia Mundi.

§. 6.

a *Matth.* 25. b *Luca* 16. c *Matt.* 24.
d *Rom.* 8. e *Matth.* 6.

§. 6.

*Detegi t fraudes, & laqueos Diaboli.*

Cogitaverunt ſupplantare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum, juxta iter, ſcandalum p oſuerunt mihi. *Pſ.* 139. v. 6.

a DEciperis miſere, verſuti Dæmonis arte,
b Qui calice aurato, tibi fel pro melle propinat,
c Quod poſtquam biberis, ructus cauſabit acerbos
d Et fellis guſtus, pleno tunc ore redibit,
Totumque inficiet mordaci felle palatum,
Tunc ſero ſapies, cum nil prodeſſe valebit,
Si modo non videas, quod amara bibentibus illam,
e Potio ſit, ſtygius, quam hoc miſcet aromate Caupo.
f Sœpius occulto, mordet ſub gramine, ſerpens,
g Et vulnus lethale capis, dum gaudia quæris,
h Sic ſub deliciis, latitant luctuſque dolorque,



a *Gen.* 3. b *Apoc.* 17. c *Deuteron.* 32. d *Prover.* 23. e *Iſa.* 24. f *Eccle.* 20. g *Iob.* 14. h *Proverb.* 14.

Quos, aſtu novit Dæmon, celare ſagaci,
Ne pateant oculis, quæ ſunt abſcōſa venena,
Non dormit, vafer hic unquam, requiemve capeſſit,
a Sed vigil, ut rugiens Leo circuit, undique quærens,
Crudeli captam rictu, quam devoret eſcam,
Utque, ſagax ſylvis, venator retia tendit,
Et pedicas, avibus diſponit, callidus auceps,
Fallacique cibo volucres, cantuque doloſo,
Allicit in caſſes; ſic hic venator Averni,
b Omni pene loco, laqueos & retia ponit,
Ac ſtruit inſidias, aditusque præoccupat omnes,
c Vix queat ut quiſquam ſapiens ſatis eſſe vel inſons,
Qui tuto evadat, nec vi, vel fraude latente,
Illius in caſſes, & retia laxa trahatur:
Hinc ſæpe extinctos, ſufflando reſuſcitat ignes,
d Induit ignotos habitus, variatque colorem,
Nunc ovis aſſumit formam, ſævi inde leonis,
Triſtia nunc ſimulat, nunc gaudia inania fingit,

I Nunc

a 1. *Pet.* 5. b *Pſal.* 63. 90. 118. *Eccl.* 9. c S. *Athanaſ. in vita S. Antonii.* d *Iob.* 41. d 2. *Corinth.* 11.

I Nunc nigrior corvo , Angelicâ mox luce
refulget,
Attenuat culpam, vitia & turpiſſima celat,
a Suggerit, effugia, errores quibus arte tegantur,
Ingerit invidias, rixarum ſemina ſpargit,
b Proque ſuo libitu, turpes accendit amores,
Hos timidos nimium, ſecuros efficit illos,
c Utque animam perdat, captorum corpora
abundè.
Paſcit deliciis, vitiis alimenta miniſtrans.
Nec modo, ſic parvas volucres, pavidaſque
columbas,
Verum etiam grandes, & ad æthera ſæpe volantes,
d Illaqueat pedicis aquilas, forteſque leones,
e Dum recti, ac æqui ſpecie, proponit iniqũ,
Subque colore boni, mala peſſima quæque
recondit,
Non ſecus, ac anguis, tectâ qui proſilit herbâ,
Ore canit, caudâque ferit, funditque, venenũ,
Moreque Sirenum, ſeducit carmine blando;
Ac velut, obmutit, jam prædâ, fiſtula captâ,
Sic ſimul ac ſtygio, eſt innexus homũcio reti,
Illecebræ ceſſant, irritamenta malorum,



a *Geneſ.* 3 1. *Reg.* 18 b *Daniel* 13 2. *Reg.* 13. c *Lucæ* 16. d *S. Auguſtinus, Soliloq. cap.* 29. e *Gen.* 3.

a Et rigidis, vinctus manibus, pedibuſque catenis,
Frœno ori incerto trahitur, quocunque libido
Effera, crudelis vel juſſerit ira Tyranni:
Dæmonis aſtuti, Miſer heu, ſic falleris aſtu,
Quem tibi detexi, ne te fallacia lædat.

## §. 7.

*Suadet fugam carnalium voluptatum, ac earum pericula, & infalicem finem deſcribit, ac fraudes Diaboli ulterius detegit, uti & pœnas, quas poſthac infliget.*

Stuppa collecta, Synagoga peccantium, & consummatio eorum, flamma, ignis. Via peccantium, complanata lapidibus, & in fine illorum, inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Eccle.* 21 *v.* 10 & 11.

b SPerne voluptates, nocet empta dolore voluptas,
c Quæ brevis eſt, animæque infligit vulnera mortis,
d Et precio caro, hæc fallacia gaudia vendit,
e Quæ fugiunt, veluti glacies, cum ſolvitur igne,

a Finem-

a 1. *Corinth.* 12. *Iſa* 51 b *Gen.* 3. *Proverb.* 14
c *Sapi.* 5. *Iſa.* 24. d *Gen.* 25. c 2, *Reg.* 11. & 12

*a* Finemque accipiunt, cum vix cœpiſſe videntur:
*b* Gaudia, principiũ noſtri ſunt ſæpè doloris,
*c* Qui manet, illa abeunt, & pœnæ examina linquunt:
*d* Gaudia vera, Deus Cælo manſura reſervat,
*e* Gaudia ſed mundi, pereunt quaſi fumus & umbra?
*f* Hinc Deus illa vetat, duris qui potat Amicos,
*g* Ut non decipiat, carnis maleſuada volũtas,
*h* Exitioſa nimis, quamvis appareat æqua.
*i* Quando, malos cernis, committere peſſima quævis,
*k* Et juxta votum, contingere proſpera mundi,
*l* Anne putas, ſimili hos cum Juſtis ſorte beandos?
*m* Nequaquam! via Cœlorum, magis aſpera poſcit;
*n* Hoſtibus hæc multis, & acutis obſita ſpinis,
*o* Hanc dolor & gemitus, labor, & dura omnia cingunt; B 4 *p* In-

a *Ibid* b *Dan* 5 *Eſther*: 7 c *Gen*. 3. d *Matth*. 24. e *Luca* 16. *Sap*. 5, *Oſea* 2. f *Act* 9. *Ioan*. 12. g *Eccl*, 18 h *Roma* 12. i *Pſ*. 13, *Sap* 2. k *Pſal*. 36. & 142. l *Ierem*. 12. m *Matt*. 7. & 13. n *Ib*. *cap*. 11. o *Actor*, 14. *Pſalm*. 124.

a Inferni via lata, roſis eſt undique vernans,
b Plenaque lætitiâ, quod triſte eſt, exulat inde
c Hic ſuaves cantus reſonant, & muſica læta,
d Sola voluptatum, nulla hic eſt cura ſalutis,
e Corporis atque animæ, veluti foret exitus idem;
f Sed finis tenebræ, mors, infernus, dolor omnis,
g Affligens ignis, vox & blaſphema perennis:
h Tali fine, Mali claudunt, extrema viarum,
Nec poterunt regredi, quamvis huc vota referrent;
Hinc melius ſape, declinando pericula tanta,
Et fuge delicias, abſcondita proſpice tela,
Quæ ſi declines, nequeunt præviſa ferire:
Hæc ſi falſa putes, finis vera eſſe docebit,
Et laqueos cernes, hoſtili fraude paratos,
Peccatum fingens, dulcis nunc eſſe ſaporis,
Inſipidum nimis, æternā pœnamque mereri,
Spem veniæ tollens, vitæ dū terminus inſtat,
i Tēpore, quo juſtus, pulſabit ad oſtia Iudex,
k Morſque aderit, quę lapſa ſibi fatalia poſcet,
l Non horæ unius, tempus, ſpatiumve datura;
Ut deſperanti, nullus ſuccurrere poſſit:

Tunc

a *Matth.* 11. *Sap.* 1. b *Ibid.* & *Eccle.* 11. c *Iob*, 21. d *Sap.* 2. e *Ibid.* f *Eccle.* 21. g *Matth.* 3. 5 & 7. h *Apoc.* 14. i *Matth.* 15. k 2. *Macha.* 9. l *Luca* 12.

a Tunc datus in prædam Sathanæ, nil prode-
rit unquam,
b Quod ſerò ſapias, veniæ nã tempus abivit,
c Ianua perpetuæ, & ſpes eſt præcluſa ſalutis:
d Mox venient, ignem ſpirantes ore, Tyranni,
e Ut rapiant, lacerent, comburant, ſulphure
potent,
Illudant, jugulent, dira ſartagine frigant,
Affigant verubus, verſentque trementia
membra,
Fercula Convivis, ne deſint molliter aſſa,
Et fugere ut nequeant, obſcuro carcere clau-
dant,
Crudeli que modo, reddant pro crimine pœ-
nas,
Quas, offẽſa Dei meruit, quę lęſa frequẽter:
f Maxima Divini at pœna eſt, privatio vultus,
Qui ucũda nimis, præbet ſpectacula Sanctis;
Duraque Damnatis, cum vox: *Diſcedite in
Ignem*
Aures percellit, tonitru quaſi fulmine mixtũ,
Affligetque magis, quàm tota ruina malorũ:
Deliciis brevibus, ſunt hæc tormenta parata.
g Quæ dum fine carent, ſemper rediviva re-
dibunt.

 h Hinc

a *Luca* 16. *Matth.* 22. b *Sapi.* 5. *Matth.* 25. c *Pſal.* 2. d *Apoc.* 14 & 19. a *Iſa.* 51. f *S. Thomas* 1. 2. *quæſt* 88. *art.* 5. *S. Chryſoſt. ſuper Matth.* g *Iſa.* 66. *Apoc.* 19.

*a* Hinc emunda oculos, obſcuras detrahe ſquamas,
*b* Lumine purgato, impendentia damna notabis,
*c* Stultitiamque tuam, & tenebras miraberis ipſe:
Has ut deuites, præſens cautela docebit.

§. 8

*Deſcribit vitæ humanæ brevitatem & inconſtantiam.*

Quæ enim eſt vita veſtra? vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. *Iac. 4 v. 15.*

PRæſens vita brevis, fluido ſimiliſque vapori,
*d* Et folio ventis rapto, plumæque fugaci,
*e* Ut flos egreditur, ſqualletque à poplite preſſus,
*f* Et velut ablatis cum nubibus, aufugit umbra,
Sic pertranſit homo, nec eodem permanet unquam
In curſu, qui hodie eſt ſanus, cras forſitan æger,
*g* Fatali lecto decumbet, qui modo fortis,
Aut

a *Pſal.* 12 & 118. *Actor* 9. b 4. *Reg.* 6 & 4. *Reg* 11 c *Sapi.* 2. d *Iob.* 13. e *Idem* 14. f *Ibidem*, g 2. *Mach* 9, *Actor.* 4.

Aut præit, aut ſequitur feretrum, cras forſan eodem,
Dum minimè ſperat, tumulandus, & ipſe feretur,
a Aut hoc momento, ſi ſit Divina voluntas:
b Omnes fata manent, datur hinc exceptio nulla,
c Quando ſtatuta ſemel, defluxit clepſydra vitæ,
d Cujus nulla quies, nam ſemper currit arena,
Donec eam ſiſtat, cum vult, Deus, Arbiter orbis.
Serius, aut citius, metam properamus ad unam,
Quæ tamen, æqualis minime poſt fata, cuique:
Eventum finis, Cœlum infernuſque docebunt.

§. 9.

*Conſulit Mortis meditationem.*

Statutum eſt Hominibus ſemel mori, & poſt hoc Judicium. *Hebr* 9. *v* 27.

a MOrs animo ſit fixa tuo, nec corde recedat
Omnibus hæc vivis ſubeunda eſt, tempore certo



a *Lucæ* 11. & 16. b *Pſal.* 13 *Hebr.* 9. c *Iſa* 38. d *Daniel* 4. a 1. *Corinth.* 16. *Eccli.* 7.

*a* Ad *Mortem* properas, quoties veſtigia figis,
*b* Iudiciumque Dei, citius tua vita ſubibit,
Horarum quævis, quam per momenta, requiret:
Omnibus exſpectat, nos *Mors*, horiſque lociſque,
Omnibus, intento jaculo, minitatur & arcu;
*c* Omnibus ergo locis, *Mortem* noctuque diuque
*d* Exſpecta, vigila, cunctaſque paratus in horas
Solvere, quod debes, Morti, Mortiſque ſupremus
Quàm poſcet Dominus, rationem reddere vitæ;
Hęc, bene ſi mandes animo, peccata cavebis,
Plurima quæ faciunt, quibus eſt oblivio *Mortis*.

§. 10.

*Demonſtrat Dei præſentiam ubique.*

Oculi Domini, multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias Hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes, in abſconditas partes. *Eccle* 23. *v.* 28.

OMni ex parte Deus, cunctorum reſpicit actus, *f* Vel

a 2. *Reg.* 14. b *Hæbr.* 9. c *Matth.* 25. d *Luca* 11. *Matth.* 24.

a Vel tenebris tectos, vel claro lumine fa-
ctos,
b In vita patiens, poſt mortem Iuſtus in om-
nes,
c Non parcens ſceptro, Titulis, ſeu Faſcibus
ullis,
Sit Princeps, Pauper, Rex, Magnus ſive puſil-
lus,
d Omnibus eſt æquus, magis eſt ſed durus in
illos:
Qui genio indulgent, & amant mala gaudia
mundi,
e Ac dapibus, dulcique mero ſua corpora
paſcunt,
f Percutiunt citharam, gaudent modulami-
ne cantus,
Tripudiant, ludunt, & cuncta libidine com-
plent,
In lucem, tenebras vertunt, convivia lauta
Inſtituunt, ſemperque viget, quæſita volu-
ptas
Hanc animo laudant, votis & mente repoſ-
cunt,
Numinis obliti, faciunt extrema malorum:
g Sed quis finis erit? Nunquid concluſio
Cœlum?



a *Pſal.* 93. b *Rom.* 2. *Iſa.* 65. c *Exo.* 34. *Pſalm.* 10. d *Roman.* 2, 1. *Apoc.* 18. e *Sap.* 2. & 5. f *Iob.* 21. g *Eccle.* 21.

Temporis extremi, dabit hoc luctamen agonis :

*a* Nemo Deum fallet, nemo precio aut prece flectet

A vero juſtoque, loco nam reſpicit omni,

*b* Pravos atque Probos Dominus, qui cuncta creavit

Cuncta notat, cunctos ſapiēti lege gubernat.

*c* Væ, qui dixerunt, nunquam Deus iſta videbit;

O ſtulti in populo, ſapite, & cognoſcite tandem,

Qui dedit Evigenis viſum, plantavit & aurem,

*d* Viſu non cernet ? Non audiet aure loquentem ?

Corripiens gentes ? Hominem facienſque ſcientem?

Non contradicet ? Non arguet impiè agentem ?

*e* Nec ſenſus animi, Dominus cognoſcet inanes ?

Erratis cœci ! nam lux altiſſima Cœli,

*f* Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes

Intrat, & abſtruſos explorat mente receſſus.

§. 10.

a *Galat.* 6. b *Eccle.* 23. c *Pſal* 93. d *Ibid*, e *Pſ.* 95. f *Eccle.* 23.

§. 11.

*Aperit Hypocriſis vitium, ejuſque pœnam.*

Quoniam Deus diſſipavit oſſa Eorum, qui Hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos. *Pſal* 52. *v* 6,

a NUnc Oculos Hominum fallis; dum Juſtus haberis,
b Fraudibus & vitiis plenus, potiuſque ſepulchro
c Albato ſimilis, quod fœdis oſſibus horret:
Vivi nomen habes, Animæ ſed morte peremptus,
Ad peritura Miſer, pravis converteris actis;
d Verum extrema dies, nulli quæ parcet iniquo
e Te reddet notum, commiſſaque crimina pandet,
f Qui tunc confuſus, Domino ſic ſpretus ab ipſo,
A mundo illuſus ſtabis, crudele tremendi
Iudicis exſpectans decreti fulmen ab ore,
g Proque operis ficti, capies mercede, gehennam:
Tunc poterit, pietas nihil hæc ſimulata, juvare,
Cum Deus, externos Hominum non æſtimet actus, §. 12.

a *Matth*. 23. b *Apoca*. 3. c *Matth*. 23. d 1. *Corinth* 4. e 2. *Corinth*. 5. f *Pſal*. 51. & 52. g *Pſal*. 89.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a* Si non ſincero, procedant cordis amore:
*b* Internos quærit, veræ Pietatis Amator:
*c* Hauris aquam cribro, quoties intentio vergit,
Ut laudem capias, externa huc facta reflectens,
*d* Affectus compeſce malos, nec ſcandala paruis
*e* Præbens, ne peccent ſimili pietatis abuſu.
Actibus externis, fuerit ſi conſona vita,
Percipiet meriti Pietas ſincera Coronam.

## §. 12.

*Explicat ſeveritatem extremi Iudicii, & finalis Sententiæ. ITE, VENITE.*

Ecce dies veniet, ſuccenſa quaſi Caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes iniquitatem, ſtipula, & inflammabit eos adveniens dies, dicit Dominus, & non relinquet eis radicem, neque germen, *Malach.* 4. v 1.

*f* UT Leo tunc rugiet, qui nunc eſt mitior Agno
*g* Condignaſque dabit, quovis pro crimine pœnas,

*a* Di-

a 1. *Corinth* 5. *Philipp.* 1. *Matt.* 5. b *Luca.* 11. & 18. c *Gen.* 4. d *Matt.* 18. e *Amos* 3. f *Apoc.* 6. g *Iſa.* 3.

*a* Dicere lingua nequit, tangent quæ fulmina ſontes,
*b* Cum tuba terribili clangore ſonabit ubique
*c* SURGITE, quos terræ, Mors olim condidit antris
*d* SURGITE, pro danda, cuncti ratione VENITE
Quid, cum terribilis vox, ITE tonabit in aures?
*e* ITE in perpetuos, inferni carceris ignes.
*f* Poſt quam prolatam, veniæ ſpes tollitur omnis,
*g* Et tenebroſa, malos ſubito ſorbebit abyſſus;
*h* Hinc vitam ſerva puram, & ſine labe malorum,
*i* Et vigilans eſto, ut prævertas fulmina tanta.
*k* Quidquid agis, prudenter agas, & reſpice finem,
*l* Qui dabit æternam vitam, pœnaſve perennes,
Nam quo cæſa loco cadet Arbor, ibi uſque manebit.

In-

a *Matth.*25. b *Matth.*24. c 1. *Corinth.*14. d 15. *c.*2.*Teſſalon.*4. e *Matth.*25., f *Iſa.*5. g *Pſal* 4: h *Matth.*24. i *Eccl.*36. k *Matth.* 10. l *Eccleſ.*11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inque alias partes, poterit ſe flectere nunquam,
ITE, ſonum durum, pavido ſi corde timebis,
In vita ſuavem poteris ſperare VENITE,
Per te nunc ſtat homo, maneat ſententia qualis
*a* Lætam, credo, cupis, concluſam voce, VENITE,
Percipere hanc poteris, fueris ſi criminis expers,
*b* Ante Dei poſitus plenus Virtute Tribunal
Ex ſolis verbis his ITE, VENITE duobus
Æternum pendet, cuncto quod fine carebit;
*c* Pecati merces dura eſt, vox ITE tremenda,
Quæ ſic, damnatis, penetrabit viſcera cordis,
*d* Ut ſtantes muti, cogantur cuncta fateri,
Virtutis meritum, vox eſt jucunda VENITE,
*e* Innocuas hac, Paſtor Oves ad Regna vocabit:
*f* Paſcat ut in pratis, ſuavi viridantibus eſca,
Ac, ad dulciſonos fontes, deducat aquarum:
Aſt olidos Hircos, orco vox ITE remittet,
Fœtor ut æternus, Peccati monſtret odorem
Sœpius hæc animo in vita revoluta ſagaci,
Addent Virtuti calcar, ſanctumque timorem,

Quo

a *Matth.* 24. & 25. b *Titi* 1. 2. *Petri* 3 c *Roma.* 5.
d *Matth*: 22. e *Matth.* 25. f *Ibid.* g *Iob.* 1.

Quo perfuſus homo, peccati vincula rum-
pet,
Et vivendo bene; hæc evadet fulmina vocis.

§. 13.

*Purgatorii Locum & pœnas deſcribit, & modum eas evadendi docet.*

Quis poterit habitare de vobis, cum igne devorante? *Iſa* 33 *Ver.* 14.
Ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per Ignem. 1. *Cor.* 3. *v* 15.

IGNIS PURGANTIS pœnas, vehementer acerbas.
Expendens, paveo, ſcribendo penna rigeſcit,
Cum timor illarum, paucos ad ſeria ducat,
Quas, licet exiguas, putet ignorantia vulgi,
Deſpiciantque alii, veluti deliria vana;
Falluntur graviter, contra eſt, Doctrina recepta,
*a* Scripturæ, *b* ac Fidei, *c* Patrumque & *d* Conciliorum, Quam

a 2. *Mach.* 12. *Matth.* 12. 1 *Cor.* 3. b *S. Thom. diſt.* 21. *q.* 1. *art.* 1. *Concil. Carthag.* 4. *c.* 15. c *S. Aug. lib.* 21. *de civit. Dei cap.* 16. & 24. *idem homil.* 16. & *lib.* 2 *in Gen.* 6. & *in pſal.* 37. *S. Hieron. in Iſaia in fine S. Gregor.* 4 *Dialog. cap.* 39. *Anſel. in* 1 *Cor.* 3. d *Conc. Lateran.* 3 *Cap.* 66. *Florent. ſeſſ. ult. Trident. ſeſſ.* 25.

Quam tenuêre omnes, Cæli qui ſede recepti,
Cum vix ſit Juſtus, macula qui mundus ab omni eſt,
Et tamen haud meritus, ſemper crucieturut Igne,
Sed tantum, ut maculas leviores, pœna repurget;
a Hinc medium eſſe locum, Rationis lumine conſtat;
Viſceribus terrę eſt purgans hic additus Ignis
b Proximus Inferno, paulo at ſublimior illo,
c A quo, non differt, pœnâ flammáque voraci,
Hoc tolerabilior, quod nō comburat in æva;
Sed ſpes ſit finis, pauco vel tempore longo,
Cum pœnam, culpæ PURGANS hic IGNIS, adæquet:
Juſtitiâ cogente Deî, has immittere pœnas,
Ut maculas Animæ tergant, quas vita reliquit,
i Mundities Cœli, maculas ſordeſque repellit,
Nec patitur ſpumam, immundum nec ſuſcipit ullum: O For-

a *Bellarm. lib* 1. *de Purgatorio cap.* 11.
b *Act.* 2. *S. Aug epiſt* 99 *S Thom. in* 4. *diſt.* 45 *art.* 2. c *S. Thom. in* 4. *diſt.* 21 *q.* 1. *art.* 1.
d *S. Thom. eodem loco Soto in* 4. *diſt.* 45 *q.* 1. *art.* 2. e *Iſa.* 36. *Apoc.* 21. *Epheſ.* 5. *Malach.* 3.

O Fornax ſuccenſa nimis, ferven ſque calore,
Diſcrutians Animas, diris cruciatibus omnes,
In quas exerces, Divini Numinis iram.
Nunquid erit Finis, pœnæ cruciantis amareſ?
Finis erit, culpam poſtquam mundaverit IGNIS,
Quando Animæ mundæ, ſolis ſplendore micabunt:
Divinam Faciem, Mundus niſi, nemo videbit.
a Ut rude purgatur, fornacis in Ignibus Aurum,
Sic maculas Animæ, aufert PURGATORIUS IGNIS,
b Ut mundis oculis. Cœlorum gaudia ſpectet:
Eſt adeo vehemens, hic PURGATORIUS IGNIS,
c Noſter ut in Mundo, videatur rore madere,
Pœnarum ac umbræ, noſtra hic tormenta putentur,

Qua-

a *Eccli.* 27 *Malach.* 3 *Tob.* 12. b *Matth.* 5. c *S. Aug. Serm. de Sanctis*, 41 *& in lib. de pœnitentia cap* 18 *& expoſ. in Pſal.* 37. *ac Canone nullus de pœnitent dist* 9. *S. Gregor. in expoſ.* 3. *Pſal pœnit. S Thom. in* 4. *diſt* 30 *q* 1. *art.* 2. *cum ibi ſit ſimul pœna ſenſus & damni. S. Beda in* 3. *Pſal. pœnitent. S. Anſel. in* 1. *Corinth.* 3.

Qualia crudeles, nunquam ſubiere Latrones,
Ignis Purgantis, nimio aſſimulata calori:
*a* Ergo operare Bonum, *b* Veniæ dum janua aperta eſt,
*c* Bellum dic vitiis, *d* Lachrimarum flumina funde,
*e* Caſtiga corpus *f* Virtutum ſis ſtudioſus,
*g* Affectus moderare malos, *h* peccare caveto,
*i* Sit vigilans ſemper, puri cuſtodia cordis;
*k* Si quid peccaſti, ſubito ſit pœna parata
*l* Debita quæ culpis, unam nec differ in horam,
*m* Judiciumque para proprium, *n* Præverte flagella,
Quæ ſubeunda forent, Purgantis in æſtibus Ignis.
o Eſt Præſens tempus Meriti, rigidumque Futurum,

Quo

a *Pſal.* 36. 2. *Petri.* 1. 2 *Cor.* 2. 2. *Tim* 2. b *Matth* 25. c *Pſal.* 143. & 1. *Cor.* 9. *Iob.* 7. d *Pſal.* 6. *Ierem.* 9 13. & 14. *Thren* 2. e 1. *Cor.* 9. *Hæbr.* 12. f *Eccli.* 17 *Coloſſen.* 2. *Petri.* 1. g *Gen.* 4. *Gal* 5. h *Eccli.* 21. i *Matth.* 24. 1. *Petri* 5. k *Pſal.* 6. & 37 & 76. l *Eccli.* 15. *Matth.* 25. m *Eccli.* 18. n *Pſal.* 37. o 2. *Cor.* 2. *Matth.* 25.

Quo Meritum ceſſat, *a* meſſis finitur & æſtas,
*b* Reddere quo debes, minimum quemcunque quadrantem,
*c* Gratia ceſſabit, ſuccedent tempora pœnæ:
*d* Exiguis rebus, doctus bona lucra parare,
Cenſetur ſapiens ſimili tu fœnore, magnum
Fructum Animæ poteris, paucos ſubeundo labores
*e* Lucrari, faciendo bonum, dum corpore vivis,
*f* Quo bene prævenias, ſæcli tormenta futuri,
*g* Horaque plus redimet, quam poſt Mortem integer annus:
Cautior hinc eſto, culparum dilue pœnas,
IGNIS PURGANTIS, Carnis confige timore,
Luceat ante oculos, maneatque in corde recluſus.

*h* Sis

a *Iſa.* 18. *Prov.* 6. b *Matth.* 5 c *Matth.* 22 & 25. d *Matth* 13. e *Eccleſ.* 9. *Philip.* 2. f *Lucæ* 3 g *S. Thom. ſupplem.* q. 69. *art.* 7 *quia Homo dum vivit, eſt in ſtatu merendi, ſed non poſt mortem.* g *Pſal.* 118.

a Sis quoque compatiens Miſeris, quos Ig-
NIS adurit
Hic PURGANS, effunde Preces, ſuccurre ſa-
luti,
Qua tunc ſecuri, & Cœlorum Gaudia
adepti,
b Pro te ſolliciti, ſimili pietate iuvabunt,
Liber ut à pœnis, lucis candore fruaris
Æternæ, quæ nocte caret, ſine fine ſerenat,
Et citius capias, horum conſortia ſancta,
c Quorum ſemper Amor creſcit, minime-
que tepeſcit.

§. 14. Ad-

*a S. Dionyſius in Eccleſiaſtica hierarchia cap. 7. art 3. S. Chryſoſt. homil 69. ad populum & homil. 41. in primam ad Corinth. Beda lib. 5. historia. cap 13. S. Ambroſ. lib, 2, epiſt 18 ad Fauſtinum. Item in orationibus Theodoſii, Valentiniani & Satyri, S. Hieron. in epiſt. ad Pammachium, S. Aug. de cura pro mortuis cap. 2. & 4. Enchirid. cap. 119, & lib. 9. confeſſ. cap. 13. Item de hæreſibus cap. 53. S. Gregor. lib. 4. dial. cap 55. his adde 2. Machab. 12. b 2. Machab. 15. Apoc. 51. 2 Petri 2 S. Auguſt lib. 22. de Civit. Dei cap 8. Theodoretus in lib. de Martyribus. S Gregor lib 4. Dialog cap. 40. S. Baſilius orat. in 40. Martyres. S. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 1. S. Auguſt lib. 7. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 1. Matth. 5.*

§. 14.

Adverſa mundi æquo animo ferenda docet, eorumque fructus & merita deprædicat. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 2. *Corinth.* 4. *v.* 7.

a ADverſis ne cede malis, ſed fortiter obſta,
b Perfer, & obdura, labor hic, tibi proderit olim.
c Succus amarus, opem conſuevit ferre ſaluti:
d Fœlices verè, qui ferre incommoda vitæ,
e Et portare jugum, vitâ didicêre Magiſtrâ.
f Si propter corpus, ferrum patiaris, & ignẽ.
g Dignius, ut ſalves Animam, tolerare labores,
h Eſt *Adverſorum*, ad Cælum perpeſſio ſcala
i His Chriſtus Sathanam, ac portas confregit Averni,
k Hæc ſunt dona Dei, certiſſima ſigna ſalutis,



a *Iob.*2. b *Iac.*5. c *Actor.*5. d *Matth.*11. e *Epheſ.*5. f *Apoc.*14. g *Gen.*27. *Matth.*5. h *Lucæ* 11. i *Pſal.*23. *Actor.*9. k *Iob.*2. *Iaco* 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a* Arma, quibus caro, quotidianus vincitur
hoſtis,
*b* Deliciis Cælum claudens, quod triſtia
pandunt.
*c* His, omnes Sancti, meruerunt præmia
Cæli:
*d* Scilicet ut fulvum purgatur in ignibus au-
rum,
*e* Sic Deus, *Adverſis* juſtos exercet a-
mando,
*f* Hinc dum contingunt, animum deponere
noli;
*g* Sed potius gaude, quod te dignetur ho-
nore
*h* Præ reliquis tanto, quem ſolis præſtat A-
micis,
*i* Quos vult æterna Cœli Mercede beare,
Ut læti, referant frugum de meſſe mani-
plos,
l Hac ſpe munitus, quævis *contraria* vin-
ces,

§. 15.

a *Pſal.* 27. *Lucæ* 16 b *Pſal.* 65 *Hebr.* 11.
c *Eccl.* 26. d *Hebr.* 11. e *Pſal.* 16 & 22.
f *Iſa.* 9. *Pſal.* 89. g *Rom* 6. *Tob.* 12. h *Sap.*
3. & 5. 5. 125 *Iſai.* 9 i *Pſal.* 21.

§. 15.

*Qualiter Homo ſe gerere debeat, dum in Mundo degit.*

Cariſſimi, obſecro vos tanquam Advenas & Peregrinos, abſtinere vos, à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus Animam. 1, *Petri* 2. *v.* 11.

Non enim, hic habemus manentem civitatem; ſed futuram inquirimus. *Habr.* 13. *v.* 14.

a UT Cervus ſitiens, feſtinus currit ad undas,
b Ad Patriumque ſolum, Peregrinus totus anhelat,
c Præfixumque ſcopum, curat finire viarum,
Otia non quærit, Requiē nec habere laborat,
Ut citius capiat, conſortia grata ſuorum:
d Sicquoque feſtina, ad Patriam tendendo ſupernam,
e Nullas necte moras, tempus breve, ſemita longa eſt,
f Donec ad optatam, perveneris ipſe quietem:
Dux erit ipſe viæ CHRISTUS, præcedet Euntem,



a *Pſal.* 41. b *Pſal.* 38 *Habr.* 11. c 1. *Cor.* 9. 2. *Tim* 4. d *Pſal.* 118. *Habr.* 4. e *Eccl.* 31 f *Apoc.* 6. & 14.

Devia prævertet, latitantes deteget, hoſtes,
Præſens ſemper erit, quamvis videatur ab-
eſſe:
a Nec diffide Deo, b Patienter ferto La-
bores,
c Certus, quod curam pro te gerat ille Pater-
nam,
d Et Gemitus e Lachrymaſque tuas, cun-
ctoſque Dolores
f Audiat, aſpiciat, notet, ut ſolatia præſtet:
g Hinc in eum, cunctas Humanas projice
curas,
h Ipſius Auxilium, ſincero corde require:
i Non recreat tua Pœna Deum, k Patien-
tia grata eſt,
l Hanc amat, ut dignam reddat mercede
Coronam,
m Quam Nulli tribuit, niſi poſt certamen
Agonis.

a Otia

a *Pſal.* 124. & 40. *Dan.* 13. 1. *Ioan.* 2. b *Eccli.* 2. 1. *Petri.* 2. *Luca.* 21. c *Pſal.* 26. *Math.* 6. d *Pſal.* 6. 26. & 101. e *Iſa.* 25. *Ier.* 14. *Pſal.* 6. & 21. *Apoc.* 7. & 21. f *Tob.* 12. *Apoc.* 2. *Pſal.* 90. g *Pſal.* 54 1. *Petri* 5. *Math.* 6. h *Pſal.* 69. & 120. & 119. *Habr.* 4. 2. *Machab.* 16. i *Sap.* 1. *Iſa.* 6. *Ezech.* 33. k 1. *Cor.* 2. *Iac.* 5. *Epheſ.* 4. *Luca* 21. l 2. *Tim.* 4. *Habr.* 12. m 2. *Tim.* 2.

*a* Otia, Delitiæ *b* Luxus, Fortunaque *c* Mundi,
*d* Sunt Eſcæ Sathanæ, Syrenum carmina blanda
*e* Fomenta Inferni, quêis pœna æterna paratur
*f* Hinc licet Exilium præſens ſit vita moleſtum,
Sis, Patiens, Cœli ſic Regna mereberis olim,
Quæ tibi præſentis vitæ tribulatio pandet.

§. 16.

*Virtutem laudat, & per quæ acquiratur, explicat.*

Benedictionem dabit Legislator, ibunt de Virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion, *Pſalm.* 83. *v.* 8.

*g* NObilis eſt *Virtus*, figit ſuper Æthera ſedem,
Conculcat terrena pede, ad Cœleſtia tendit
*h* Vivit in æternum, moritur poſt funera nunquam
Eſt Regina potens, cujus ſunt præmia larga,
*i* Quæ non diſtribuit, niſi poſt fera prælia belli,



a *Prov.* 12. & 28 *Eccli.* 33. b *Exodi* 12. *Pſal.* 143. *Luca.* 16. c *Pſal.* 36. d *Eccli.* 21. *Iob.* 21. e *Gen.* 47 *Pſal.* 38. 1. *Paralip.* 29. 1. *Petri* 2. g *Rom.* 5. h *Iudith.* 11. i 1. *Corinth.* 9. 2. *Timoth.* 4. *ibid.* 2.

Tunc accepta magis fiet victoria parta
a Nil eſt *Virtuti* durũ, quod non leve reddit,
Dum generoſus adeſt animus qui mollia ſpernit,
Ut Roſa, pũctivis obcingitur undique ſpinis,
*Virtutem* ſic dura fovent, & triſtia firmant,
b Illa voluptates ſpernit, de vulnere gaudet,
c Ut medicina Animæ, præponit triſtia lætis,
Semper in adverſis, ſibimet pulcherrima merces.

§. 17.

*Iuſtitiam ſervandam præcipit, & ejus violationem prohibet.*

Pro Juſtitia agonizare pro Anima tua, & uſque ad mortem certa pro Juſtitia, & Deus expugnabit pro te, inimicos tuos. *Eccleſ.* 4. v. 33.

d PRotege *Iuſtitiã*, toto conamine cordis,
e Pro qua ſervanda propriam poſtponito vitam
f Eſt Virtus pergrata Deo, vicinaque Cœlo,
Jus cuicunque ſuum tribuit, dum *juſta* requirit,
Quæ, coram toto, faciet clareſcere mundo,
g Quando malis pœnas, & reddet prœmia juſtis

Pro-

a *Roman* 5. b 2. *Corinth*. 12. c *ibid* d *Eccleſ*. 4. e *Ibid*. f *Pſal*. 84. g *Matth*. 25.

Proterit injuſtos, ſummuſque nocentibus hoſtis
h Et ſine reſpectu, æquâ librat cuncta bilance;
Iuſtitiâ læſâ, turbat confuſio Mundum,
Nullus & ordo manet, neve hoſpes ab hoſpite tutus,
Pro libituque, Bonis, Fur, Prædo, Latroque nocebit.

§. 18.

*Perſonis miſerabilibus & Pauperibus ſubveniendum docet, & merita Elemoſynarum explicat.*

Fili Eleemoſynam Pauperis ne defraudes, & oculos tuos, ne avertas à Paupere, *Eccleſ. 4. v. 1*

a AFflictis, ægris, miſeris, plus eſto patronus,
b Hi te defendent, cum mortis venerit hora:
c Pauperibus facilis, largam quoque porrige dextram,
d Theſauroſque tuos Cœlo præmitte fugaces,
e Quos Fur non rapiet, nec bellum aut flamma vorabit,
f Sed certi remanent, totus licet arſerit orbis:



h *Pſal.* 57. a *Iſa* 1 b *Iob.* 29 c *Iob* 31. *Eccl.* 4.
d *Luc.* 16. e *Matth.* 6 f *Eccl.* 29.

a Gratior ut lux eſt præcedens, luce ſequẽte:
b Sic data, cum vivis, quam quæ ſunt morte relicta,
c Tum veras acquiris opes, geminamque coronam,
d Impones capiti, meriti fulgore coruſcam:
Fœnore dum tanto edoctus, divendere merces:
e Hinc tua da, tua dum ſunt, poſt mortem tua non ſunt.

a *Iſa* 58. b *Tobiæ* 4. c *Eccl.* 12. d *Matth.* 25. e *Eccl.* 7.

§. 19.

*Reprehendit nimiam aliquorum ſolicitudinem, ut poſt Mortem amplas divitias Heredibus relinquant. & ſaniora ſuggerit conſilia. Ac latius Eleemoſynarum fructum ac virtutes demonſtrat, & ad eas hortatur.*

Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui, *Eccleſ.* 5. *v.* 12.

Nec tribuit ei Poteſtatem Deus, ut comedat ex eis, ſed Homo extraneus vorabit eas. *Ib. cap* 6. *v.* 12.

Et relinquent alienis Divitias ſuas, & Sepulchra eorum, domus illorum, in æternum. *Pſal.* 48. *v.* 12.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Beatus qui intelligit ſuper Egenum & Pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Pſal.* 40. v. 1.

Dominus opem ferat illi, ſuper lectum doloris ejus. *Ib.* v. 3.

Piſcator veluti, piſces captare ſub undis
Novit, & hinc hamos, fallaci contegit eſcâ;
Sic per Divitias, Dœmon ſcit, fallere multos,
Deſudare docens, Patrimonia quærere larga,
Quæ Teſtamentis, Hæredibus aucta relinquant;
a Ut bene ditati, cunctis in rebus abundent,
b Lautius hinc vivant, & honorum culmina ſcandant:
Huc ſua vota ferunt, cura huc extenditur omnis;
Omnia prudenter, tunc diſpoſuiſſe putantes,
Immemores Animæ propriæ, vitæque futuræ,
Non ſecus ac Animæ, cum corpore Morte periſſent:
Eheu falluntur, docuit contraria Chriſtus,
c Curam Animæ mandans, d non mollem corporis uſum,



a *Pſal.* 48 b *Pſal.* 143. c *Sap.* 2. d *Matth.* 10. e *Matth.* 11.

a Scandala qui fieri prohibet, pœniſque coercet,
Quæ das Hæredi, Teſtator plurima, quando
b Divitiis is Morte tuâ, proviſus opimis.
Nil Animam curans, cœlorum an ſede recepta,
Inferni, an pœnâ, Purganti aut Igne crematur,
Sed ſolum quæret, Rebus gaudere relictis,
Et feſtinabit Corpus committere terræ,
Ac oculos claudet, Videat ne exangue cadaver,
Obſtruet & nares, ne ſit fœtore moleſtum,
Triſtitiam finget, mox bacchanalia vivet,
Curam ventris aget, tempus per gaudia ducet,
c Conſumetque brevi, longo congeſta labore,
Et ſudore tuo, grato nec corde reponet;
d Ex viſu vix funus erit, quin immemor hujus,
Induet elatos, pullatâ veſte, Cothurnos,
Nec ſemet capiet, rerum cum copia tanta,

a Hor-

a *Matth.* 18 *S. Hieron hom.* 3. *in Matth.*
b *Eccleſ.* 4. c *Eccleſ.* 6. d *Pſal.* 30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a Horrea dilatet , repleatque pecunia ciſtas,
His honor accedens , vulgo delatus ab omni,
Augebit faſtum,meritum quem Jure putabit,
Unde alios ſpernet,novit quos ſorte minores,
Quamvis ante pares, majori aut ſtemmate natos,
Cum nihil aſperius, quam humilis, ſi ſurgat in altum:
Sic nocumenta Animæ, Teſtator neſcius infers,
Nec minus Hæredi,cui ſic es cauſa ruinæ ,
Infundens oleum flammæ, ut magis ardeat Ignis:
Hanc tua larga trahit,duplicem donatio culpam,
Dando quæ non ſæpe tua,at corraſa rapaci
b Forte manu,queîs vix gaudebit tertius Hęres:
Nec ſolum externus,ſed Filius ipſe, frequenter,
Cum Patre ſic agit ; hinc Exemplum ſumite Patres.
Ex his ecce vides,quam ſit perſuaſio fallax,



a Pſal.143. b Iob, 27.

Serpentis veteris, cujus ſuggeſtio ſuadet,
Largus ut hæredi, ſis illi, occaſio lapſus,
*a* Et tibimet parcus, *b* Servus ſis Divitiarum;
*c* Quæ nunquam ſatiant, ſed ſemper plura requirunt,
*d* Donec mors tandem, cogat dimittere totum:
*e* Divitiis his, forte putas, acquirere laudem,
Poſt Mortem in Mundo, ſed quid tibi proderit olim.
Laus? Si forte Animas, Ignis torquebit utraſque,
Ob malè parta, tuam, Hæredis, dum gaudet iniquis,
Aut ſi parta bene, ob fomenta relicta malorum,
Quêis Ipſi dabitur, vitiorum occaſio major.
Inſcitiâ tantâ, miſer obcæcate laborans,
Conſilium melius, Chriſto ſuadente capeſſe:
*f* Sit tibi larga manus, quoties occurris Egenti,
Quærenti auxilium; quod Ei conferre teneris;

a Non

a Eccleſ. 4. & 6. b *Pſal.* 75. & *Matth.* 6. c *Pſal.* 33. *Eccleſ.* 5. d *Pſal* 48. *Lucæ* 16. e *Pſal.* 48. f *Eccleſ.* 4. & 7. *Parab.* 31. *Pſal.* 40. *Tob.* 4. & 12. *Dan* 4. *Matth.* 25. *Lucæ* 12.

a Non tibi ſit curæ, quod plurima Morte relinquas,
Sæpius ingratis, memores minimèque futuris:
b Quod dare proponis, Vivens id confer Egenis,
De Dono ſic certus eris, quod rite peractum,
c Et majora tibi, conquires vota Precantum,
d Inque ſtatu, augebis meritum, donando merendi,
Dum propriis, Rerũ te privas uſibus ipſum,
Quas poteras, lautis epulis conſumere lætus,
Aut tractando alios, nomen conquirere largi,
Quo ſic creſcat Amor vulgi, reſpectus honorque,
Sed ſi forte times, ne fias indigus ipſe,
Prudenter diſpone tamen, quæ vita relinquet,
Ut tibi poſt Mortem, maneant ſolatia ſancta:
Sæpe tamen multos, hæc cura ſuperflua fallit,



a *Ecclеſ.* 6. b *Matth.* 19. *Luca* 12. *hoc fecit S. Lucia & conſuluit Matri ſuæ. Et S. Antonius teſte S. Athanaſio, ac S. Paulus Eremita teſte S. Hieronymo. S. Franciſcus teſte S. Bonaventura, omnes Apoſtoli & innumeri alii Sancti*, c *Tob.* 4. *Eccleſ.* 17. & 29. d *S. Thom. ſuppl. q.* 69. *a.* 2.

Solicitique nimis, potius cenſentur avari:
Quod vitium celare volunt, ſub nomine
recti,
Ne indigeant ipſi, & poſt Paupertate premantur,
Sed retinendi amor eſt, & ſolicitudo nociva,
Suggeſta à Sathanâ, quaſi ſis Victurus in
æva:
a Eſt invisa Deo, nimia hæc prudentia carnis,
b In quem deberet, rejici fiducia tota;
c Sæpius hinc nimias curas, abrumpit in
horâ,
Dum rapit è Mundo, impræviſâ Morte Tenaces,
Cum penes illum, vitæ ſit plena Poteſtas;
d Negligit haud Homines, volucres qui paſcit in altis,
e Dat corvis eſcam, jumentis pabula præſtat;
Si vero eſt Hæres, Vicino ſanguine junctus,
Quem Probitas laudat, nimia aut conſtringit
Egeſtas,
Filius aut ſapiens, ad quem ſucceſſio ſpectat,
Tunc non immemorem, eſſe ſinit Discretio, Mater

a Vit-

a *Matth* 6 *Rom*. 8. b 1. *Petri* 5. *Pſal* 54
c *Luca* 12. & 16. d *Pſal*. 146. e *Pſal*.
*eodem*.

a Virtutum, quæ Juſtitiam commendat ubique,
b Hinc tibi, præ cunctis ſit cura, evadere pœnas,
Alterius ſæcli, certò quas quiſque ſubibit,
c Purior è vivis, ſi non exceſſerit auro,
Sed quis purus erit? cunctâ quis labe carebit?
d Heu pauci, rari, ſunt, qui ſine crimine vivunt,
Unde, Deus medium ſuggeſſit, crimina purgans,
e Non ſudore gravi conſtans, nec ſanguine fuſo,
Si de Mammonâ (dicit quo nomine Chriſtus
f Divitias fueris turbæ, bene largus Egenæ,
Quæ immenſum reddet fœnus, pro munere parvo,
g Deficiens nunquam, ſemper ſed creſcit in horas:
Ergo ſtultus eris, ſi tanta occaſio lucri

a Præ-

a *Pater Ioannes à Ieſu in praxi bene moriendi: quia teſtamenta debent eſſe pia, juſta & perſpicua,* b *Matth.* 6. & 10. & 16. *Marci* 8. *Ioan.* 22. c *Apoc.* 21. d *Iob.* 14. *Ioan.* 1. *cap.* 1. e *Matth.* 11. f *Luca* 16. g *Prov.* 28.

a Prætereat, quando pro obulò, integer aureus eſſet,
Proque luto Cœlum, pro terrâ gemma futura:
Quod ſi tale lucrum, Mundi fortuna faveret,
b Eſſes feſtinus, tanti te reddere lucri
Participem, ſineres vacuam tranſire nec horam,
c Cur ergo differs, Animæ ſuccurrere Egenti?
Quæ ſitit auxilium, per res, quas Morte relinquis:
Hinc ſapientis erit, res ſic diſponere Mundi
d In vivis, e ut ſit primaria cura ſalutis,
Quæ curanda magis, Theſauris omnibus Orbis:
Nec concrede aliis, quæ diſponenda, ſed ipſe
Fac vivens, ut ſint pia, juſta, fidelia, vera.
Litibus aut rixis; mala ne fomenta relinquas,
Si Mors impediat, curæ committe Piorum,
Quorum nota Fides, Pietas, Virtuſque probata;
Quam ſi non præſtent, ſatis eſt tua prompta Voluntas,

Gra-

a S. *Chryſologus in ſerm. de Iejunio & Eleemoſyna, S. Chryſoſtomus ſuper Matth. hom. 5. in oper. perf. S. Ambroſ. in ſerm. S. Hieronym. in Epiſtolis* b *Matth.* 13. c *Pſal.* 40. d *Iſaiæ* 38. e *Matth.* 10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Grata Deo potius, quam ſit ſubſtantia Mundi.
Hæc faciens, magnum capies, in Morte levamen,
a Liber & à curis, in ſanctâ Pace quieſces,
Optatumque lucrum, diſperſa Pecunia reddet,
Conſiliumque meum, dabit optima gaudia cordis,

## §. 20.

*Explicat fructus intentionis rectæ, & conformitatis humanæ voluntatis cum Divina.*

Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, &c. & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. *Hebr.* 4. *v.* 12.

In capite Libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. *Pſal.* 39. *v* 9.

ACcipe Conſilium ſolatia magna daturum,
Quod bene ſervatum, menti conferre quietem;
Et meritum cumulare poteſt, ſi *intentio* recta,
b Sit defixa Deo, tua conformiſque, *voluntas.*

a Di-

a *Pſal.* 4. *Tob.* 3. b *Matth.* 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a* Sit defixa Deo, tua conformiſque, *voluntas*,
*b* Divinæ fuerit, quamvis contraria ſurgant,
*c* Exilium, *d* carcer, *e* rerum jactura tuarum
Injuſtæ lites, mors *f* ipſa, *g* calumnia falſa,
*h* Paupertas, *i* morbus, contemptus & omnia dura,
*k* Æquo ſi fuerint tolerataque pectore forti,
*l* Nulla tuam lædet, tunc perturbatio mentê,
*m* Sed majora dabunt, pacato gaudia cordi,
*n* Eſt animus talis, veluti mons firmaque rupes,
*o* Quæ nec fulminibus, nec tempeſtate movetur,
*p* Sed manet æqualis, quamvis hæc machina mundi
*q* Mota loco fuerit, ſupremaque mixta profundis:
*r* Eſt animæ lumen fulgens, *intentio* recta,
Reddit opus quodcunque, Deo acceptabile ſemper
*ſ* Obſcurat tenebris, ſi recta *intentio* deſit:
Hinc tibi ſi vires deſint, præſtare quod optas,
Si tamen intendis bona, crede, placere Tonanti
vota

a *Matth*.6 b *Actor*.21. c 2. *Machab*.3 d *Gen*. 39. e *Iob*. 1. f *Marci* 6. g *Daniel*.13 h *Pſal*.71. i *Luca* 6. k 38: l *Rom*. 52. *Corinth*. 12. m *Pſal* 124 n *Pſal*.17. o *Pſal*.45 p *Sapi*.10. q *Matth*.5. r *Matth*.6. ſ *Luca* 18.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vota tua, ac horum nunquam fruſtrabere
fructu.

§. 21.

*Duplicitatem cordis, & omnem fallaciam carpit.*

Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo &c. qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua: nec fecit Proximo ſuo malum, &c. *Pſal.* 14. *v.* 1. 2. & 3.

a Abſint *duplicitas* animo, Mendacia b lingua
c Non lædas ullum, quævis *d* Deceptio ceſſet:
e Quidquid agis, loqueris, ſint hæc conformia menti,
f Eſt inimica Deo, *gemini fallacia* cordis,
g Callidus hanc docuit Serpens, ſeductor Adami,
h Quam Deus, innumeris caſtigat ſæpe flagellis,
i Qui ſemper verax, ſemper veracia quærit,

§. 20.

a *Eccl.* 2, b *Proverb* 22. c *Lucæ* 3. d *Proverb.* 11. e *Pſal.* 14. f *Pſal.* 49. g *Gen.* 3. h 5. *Regum* 2. i *Pſal.* 88. & 118.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 22.

## *Cordis Contritionem, & Dei Timorem inculcat.*

Timor Domini expellit peccatum: nam qui ſine Timore eſt, non poterit juſtificari. *Ecclеſ.* 1 *v.* 27.

*a* COr gere contritum, à vitiis longeque remotum.
*b* Divini clavis illud confige timoris,
Peccati hic frænum eſt, ſtimulus virtutis acutus,
*c* Qui plures, animis fecit tabeſcere, ſanctos,
*d* Peccati labes, quamvis vix tangeret ulla,
Nam velut indomitus, rupto fræno, atque capiſtro,
Spernit Equus Dominum, pedibuſque recalcitrat, ipſis,
*e* Sic ruit in quævis, maleſanus crimina præceps,
*f* Excutiendo Dei, ſanctum de corde Timorem:
*g* Hic ſi deficiat, ſpes eſt vix ulla Salutis:
*h* Evaſiſſe putaſne mali quos conſcia facti,

*a* Mens

a *Pſal.* 50. b *Pſal.* 118. c *Pſal.* 33. d *Iob.* 31. *Habacuc* 3. *Pſal.* 118. e *Ierem.* 8. f *Eccleſ.* 8. g *Eccl.* 1. h *Pſal.* 6.

a Mens habet attonitos, & cæco verbere cædit,
b Occulto quatiente animum Tortore flagello?
Falleris & tandem, deceptio craſſa patebit:
Eſt intra mentem, qui advertit ad omnia Teſtis,
Et nihil in vita, ſeu morte relinquit inultum,
c Multos, magna nimis fiducia ſæpe fefellit,
d Dum minime timidi, quæ vis ſecura putabant,
e Qui tamen, ut tecto piſces capiuntur ab hamo,
f Dum minime ſperant, ſubito rapiuntur ad orcum.

§. 23.

*Veſpertinum Conſcientiæ Examen, & Angelicam tutelam invocandam monet.*

Si dedero ſomnum oculis meis, & Palpebtis meis dormitationem, & requiem temporibus meis donec inveniam locum Domino, Tabernaculum Deo Jacob. *Pſal.* 131. *v.* 4.

NE ſomnum capias, niſi ſingula facta dici

a Scru-

a 1. *Machab.* 6. b 2. *Machab.* 9. c 4. *Reg.* 18. d *Luca* 16. e *Eccl.* 9 f *Luca* 12.

*a* Scrutatus fueris, ſincero Examine mentis,
*b* Et ſi peccaſti, veniam de crimine poſce:
*c* Tutelæ Angelicæ, poſt te committe fideli,
Ne Mors, nocte tuam rapiat de corpore vitã,
Judiciumque Dei ſubeas, non rite paratus,
Comprimat ac Hoſtes, noctis phantaſmata pellat
Tum poteris, placidæ componere membra quieti.

§. 24.

*Quid mane ſurgenti faciendum, exponit.*

Præveni in maturitate, & clamavi, quia in verba tua ſuperſperavi, prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquiã tua. *Pſal.* 118, *v.* 47.

*d* MAne vigil, tibi præ reliquis ſit maxima cura,
Ut grates referas. *e* placide de nocte peractã,
Omnia quæque die occurrent, diſpone gerenda,
Quæ fore grata Deo, atque Animæ prodeſſe putabis
Quem ſimul & *f* cordis votis expoſcito ſummis,

Ut

a *Pſal.* 76. b *Pſal.* 50. & 37. c *Pſal.* 40. *Exodi* 23. d *Proverb.* 8 *Pſal.* 62. e *Pſal.* 87. & 118. f *Pſal.* 100, & 124.

Ut te defendat variis à fraudibus hoſtis,
a Ullius labis ne te contagio lædat:
Sic ſine nube, dies tranſibit, luce ſerena,
b Duraque nec triſtem reddent, nec proſpera lætum.

§. 25.

*Honorum & Divitiarum contemptum ſuadet, & pericula eorum memorat, Humileſque conſolatur.*

Horrende & cito apparebit vobis, quia judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet, exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. *Sap. 6. v. 6.*

c Carnis delicias, & mundi gaudia vitæ
d Divitias laudes, vanos hominumque favores
Et quæ magna putat, qui horum poſſeſſus amore,
Cum noceant Animæ, carni quæ grata videntur,
Vernanteſque Roſas, ſpinarum copia cingat,
e Majori fructu quæres manſura per ævum,

Nec

a *Pſal.* 18 b *Pſal.* 22. & 26. c *Matth.* 19. d *Pſal.* 61. e *Matth.* 6.

Nec ſapies altum, medio tutiſſimus ibis,
Inferiora minus, quam quæ ſunt alta, nocebunt.
a Magni, magna luent, poſthac tormenta dolorum,
Præ reliquis illi, quibus eſt conceſſa poteſtas
Ut præſint aliis, duro ſi more gubernent,
Imperioque gravi, afflictis cervicibus inſtent,
Aut onera imponant humeris, ſuperantia vires,
b Diſſimulentque mala, ut vincant zizania ſemen
Utile ſicque premant, ut vix emergere poſſint:
Tunc vaſto alterius vitii, ſe gurgite mergent.
Et peccata luent aliena, ut propria facta,
Cum lolium excreſcens, nec publica ſcandala tollant:
Hos fluctus referet, mala conniventia Magnis,
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas,
Magnaque plus parvis, perſtringunt carbaſa venti,

Non

a *Apoc.* 18. *Sapi.* 6. b *Decreti* 1. *parte diſtinct.* 83. *cap.* 3. *Error cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cum minime defenſatur, opprimitur, negligere cum poſſis, deturbare perverſos, nihil aliud eſt quam fovere, ibid. cap. conſentire, &c.*

Non adeo eſt ratio privatis danda ſevera,
Quam ſit Divitibus, ſeu qui lætantur honore,
a Quæ reddenda Deo, juxta conceſſa talēta,
His vero major, quibus hic concredidit ampla:
b In Terra, Cœloque ſimul, vix gaudia carpes,
Hæc modo ſi quæris, veris privaberis olim,
c In Mundo, vix eſt ullus fœlicior, illo.
d Qui contentus, agit placidos, inglorius annos,
Inſervitque Deo, tractat Cœleſtia mente,
e Divitias aliis, curaſque relinquit inanes
Quæ pacem cordis tollunt, animæque quietem,
f Inſtar ſpinarum pungunt, acuuntque dolorem,
Triſtia cum turbent, faciunt & læta ſuperbū,
Ut feret, inſtabilis variati temporis uſus:
g Impedit infirmum, grato ut requieſcere ſomno,
Affligens, dolor, aut vertigo moleſta cerebris
h Sic rerum cupidum, mala ſollicitudo fatigat,
Æs habeat Crœſi licet, aut Junonia regna.



a *Matth.* 25. b *Luca* 16. c *Prov.* 12 d *Prov.* 27 & 28. e *Luca* 8. f *Ibid.* g *Eccl.* 31. h *Ecclef.* 28.

§. 26.

*Sacramentorum Virtutes explicat.*

Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, Epheſ. 5. v. 32.

Cœleſtis fõtis ſunt Sacramenta canales,
*a* Sanguine quos roſeo, eduxit de corpore Chriſtus.
Quem manibus, latere, ac pedibus profundit abunde
*b* Sunt cibus hæc animæ, & medicamina certa ſalutis,
Ad Cœlum ducunt, pura ſi mente frequentes,
*c* Mortem animæ tollunt. Vitiorum jurgite merſæ,
Efficiunt nitidam, puro quaſi flumine lotam
*d* Sunt Oleum, & Vinum ſanans, queis læſus ab hoſte
Curatur, ne animam, lethalia vulnera perdant,
*e* Sunt Jordanis aquæ, validæ curare leproſos,
Si ſeſe immergant, ſtudeant & tollere ſordes,

*a* Ac-

a *S. Auguſtinus in Pſal.* 126 *& tract.* 20. *in Ioan*, b *Ioan* 6. c *ib.* d *Lucæ* 10. e 4. *Reg.* 5

[a] Aenea ſunt Maria, abſtergunt quæ crimina vitæ:
[b] Naufragus, ut captâ Tabulâ, ſe ſervat in undis,
[c] Securam reddunt ſic, SACRAMENTA Salutem.
Hinc; ſi Tartareo, fueris ſuperatus ab hoſte,
His armis victum poteris proſternere victor.

a 1. *Paralipp.* 18: b 2. *Corinth.* 5. c *S. Hieronymus in Epiſtolis.*

§. 27.

*Superbiam, & cætera vitia capitalia vitanda docet.*

Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Iacobi* 4. *v.* 6.

Sicut in die honeſte ambulemus non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, &c. *Rom.* 13. *v.* 13.

[a] INvidia, Ebrietas, Detractio, Murmur & Ira
[b] Luxuries, Faſtus, Luxus, Gula, Rancor & omnis,
[c] Peccati ſoboles, fugienda eſt, aſpidis inſtar:



a *Gal.* 5. b *Roman.* 14. *Pſal.* 100. c *Ecleſ.* 20.

*a* His vitiis merſi, exponunt ſe mille periclis
Corporis atque animæ, raraque quiete fruuntur
*b* Nulla Deo vitii labes, plus diſplicet illâ,
Quam ſibi præſumit, damnata ſuperbia mentis,
Hæc olet ante Deum, fœtetque cadaveris Inſtar,
*c* Luciferum hæc Cœlo, paradyſo extruſit *d* Adamum:
*e* Hinc, quæ eſt cauſa tibi, vili de ſemine nato?
*f* Serpentum ſocio, qui vermibus eſca futurus?
Exaltandi animum, criſtas attollere in altum?
Cum nil ferme habeas, quod laudis nomine dignum:
*g* Si quid habere putes, Donis adſcribe ſupernis,
Quæ dantur, laudis Divinæ, ut gloria creſcat,
Ni facias, temere Cœleſtem aſſumis honorem,
Invadiſque animo, quæ ſunt aliena rapaci:
*h* Nulla, Dei mentem, elati compaſſio tangit,

*i* Hanc

a *Roma.* 1. b *Proverb.* 16. c *Apoc.* 12. d *Gen.* 3. *Iob.* 14. e *Iob.* 17. f 1. *Corinth.* 4. g *Iacob.* 4. h *Luca* 1. *Pſal.* 138. & 135.

i Hanc gerit ergą humiles, quibus eſt ſubmiſſio cordis,
Quę ſe demittit, propriis nec laudibus effert
i *Cant.* 1.

§. 28.

*Vitam, & Paſſionem Chriſti meditandam docet.*

Aſpicientes in Authorem fidei, & conſummatorem JESUM, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit Crucem, confuſione contempta, recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à Peccatoribus, adverſus ſeipſum contradictionem. *Habr. 12. v, 3.*

Faſciculus Myrrhæ, Chriſti ſit Paſſio amara
a Hanc ſi animo grato, ſincero & corde revolvas,
b Fortis erit clypeus, contra adverſantia quævis,
Hanc oculis præfige tuis, meditare frequenter.
Proderit, hæc animæ multum doctrina ſaluti,
c Quam factis docuit, verbum, Deitatis Imago,
Vindex peccati, æterni Sapientia Patris,



a Cant. 1. b *Numer.* 21. c 1. *Petri* 2.

Dum pro te voluit, varios ſufferre dolores
*a* vinciri, colaphis cædi, dirisque flagellis.
Atque caput ſpinis, plexo diademate cingi,
Velari ludi, ſpoliari veſte, Crucisque
*b* Dirum Supplicium, deſpecta in morte ſubire,
*c* Inde Latus ſanctum, reſerari cuſpide ferri,
*d* Hunc pro peccatis, Calicem potavit amarum,
Ne tibi diſpliceant, quæ ſunt adverſa ferenda:
*e* Hæc ſi nulla tuam, tangat compaſſio mentem,
*f* Durior es lapide, & Brutis animantibus ipſis:
*g* Sol tenebris tectus, quatiens cum murmure tellus,
*h* Diſrupti lapides, veli conſciſſio Templi,
Hæc animum moveant, ut grato corde revolvat,
Et lachrymas fundendo, ſuum teſtetur Amorem,

Quo

a *Matth.* 27. b *Luca* 23. c *Ioann.* 19. d *Matth.* 26. e *Matth* 26. 1. *Pet.* 3. f *Coloſſ.* 3. g *Luca* 23. h *Matth.* 7.

Quo Chriſto obſtrictus, pro ſe quî talia paſſus.

§. 29.

*Beneficia Dei grato animo recolenda conſulit.*

Benedic Anima mea Domino, & omnia, quæ intra me ſunt, Nomini ſancto ejus. Benedic Anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, &c. *Pſal.* 102. *v.* 18.

a SUnt Benefacta Dei, devota mente colenda.
b Præfigenda oculis ſemperne oblivio tollat,
Diſſipat ut ventus pluvias, exſiccat & arva,
c Sic ingratus homo, privat ſe rore favoris
d Cœleſtis, Benefacta Dei, vix corde revolvens,
Indignus vitâ, & communi lumine ſolis:
Dicitur ingratus, ſaxis plus durior ipſis,
Mollibus hæc cedunt, repetitis ſæpius undis,
Angues ſævitia, crudeli pectore Tygres
Urſos & lamias, ſuperat feritate Dracones,
Qui Benefactori grates, pro munere reddunt:



a 2. *Corinth.* 1, b 2. *Theſſal.* 1. c *Sap.* 16
d *Eccleſ.* 19.

a Cumque Deo dignas, nequeas perſolvere laudes,
b Offer quod poteris, cui grata eſt recta voluntas;
Si volucres cantu, ſi cuncta creata loquantur,
Vix benefacta Dei minima vel parte referrent,
Ergo homo quid poterit pro tantis reddere donis
Condignum? Nil: ſola placet ſubmiſſio Cordis,
Atque Animus gratus panſis quem ſuſcipit ulnis.

§. 30.

*Sanctos invocandos, & imitandos docet.*

Sancti per fidem vicerunt Regna, operati ſunt juſtitiam; adepti ſunt repromiſſiones, lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt. *Hebræor.* 11. *v.* 33. & 37.

c Gaudia Sanctorum, devotâ mente revolve,
d Feſtivi rutilæ qui fulgent Lampadis inſtar,
e De victo Mundo, Sathana cum morte triumphum

a Con-

a *Pſal.* 102. *Luca.* 1. b *Luca* 2. c 149.
d *Sap.* 3. e *Iſaia* 9.

a Concelebrant, ſemperque Dei, magnalia cantant,
Ipſorum, pro fine bono pia vota precare,
b Quos tibi Fautores reddes, exempla ſequendo:
c Quid non fecerunt Sancti, dũ vita manebat?
Quid non perpeſſi, raperent ut præmia Cæli
d Experti laqueos, gladios, ergaſtula, furcas,
Ignes, ac lapides, virgaſque, Rotaſque, Cruceſque
Pauperiem, exilium, frigus morteſque probroſas,
Et miſeram in Mundo vitam, cum morte trahebant
Et tu, credo, voles ipſorum ſorte beari?
Hanc ſperare potes, vitam moreſque ſequendo:

a *Apoc.* 5. b 1. *Corinth.* 11. c *Sap.* 3. d *Hebr.* 11.

§ 31.

***Beatam Mariam Virginem honorandam hortatur, ejuſque figuras & laudes ex S. Litteris & Vaticiniis Prophetarum depradicat.***

Ne timeas MARIA, inveniſti gratiam apud Deum, &c. Spiritus S. ſuperveniet in te, & Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, &c. *Lucæ* 1. *v.* 30. & 31.

PRæ cunctis, Chriſti Matrem, tibi quære Patronam.
Eſt pia, compatiens, eſt clemens atque benigna,
*a* Eſt Virtute potens, petit, impetrat omnia, quæ vult!
*b* Hæc Chriſto vicina ſedet, Triadique ſupremæ.
Poſtquam Cœlorum, & Terræ moderatur habenas
Deſpicit haud ullum, cunctis ſolatia præſtat,
*c* Aſtat in adverſis, & mortis protegit hora;
Nec ſibi devotos, patitur ſentire tenebras
Æternæ mortis, lætos ſed ducit ad Aſtra:
*d* Laus omnis, debetur ei, quæ Corpore Chriſtum
Geſſit, morte ſua, qui nos à morte redemit:
*e* Pacifera hanc ſignat, dimiſſa Columba Noëmi,
*f* Arca Dei, tum *g* Scala Jacob, Vellus *h* Gedeonis,
Et *i* Lignum vitæ. Naviſq; *k* cibaria portans,
Tum *l* Roſa de Jericho, in Bethlem *m* Ciſterna Davidis.

Fons

a *Ioan.* 2. b *S. Bernard de Aſſumpt. B. M. V. Ser* 1 c *Ioan.* 19 d *Luca* 11 e *Gen.* 8 f *Exod.* 25 g *Gen.* 28 h *Iudic.* 6 i *Gen.* 2 & 3 k *Proverb.* 31 l *Ecclef.* 24 m 2. *Reg.* 23.

*a* Fons obſignatus, revireſcens Virga *b* Aaronis.
Hortus *c* concluſus, veri Paradyſus *d* Adami,
*e* Manna pluens Cœlo, Rubus *f* incombuſtus ab igne.
*g* Arcus Cœleſtis, Divini fœderis index,
*h* Stella ferens lucem, Arca *i* Noe, Jeſſeia *k* Virga,
*l* Porta recluſa Deo, quam non pertranſijt alter,
*m* Nomen Evæ impoſitum, quando appellata Virago
Vivorum Mater, Mulier, *n* quæ conteritura
Serpentis caput, inſidias victura maligni,
*o* Conſurgens Aurora, nitens *p* Sol, Luna *q* decora,
*r* Mons Libanus, procera Cedrus, Templum *ſ* Salomonis,
*t* Suſpirans Turtur, ſponſi *u* gratiſſima ſponſa,



a *Cant*.4. b *Numer*.17. *Hebr*.9 c *Can*. 4. d *Gen*.2 e *Exod*.16 *Deuter*.8. *Ioann*.6. f *Exod*.3. *Actor*.7. g *Geneſis* 7. h *Ecclеſ*.50. i *Geneſis* 6 k *Iſa* 13, l *Ezech*.44. m *Geneſ*.2 n *Geneſ*.3, o *Cant*.5 p *Cant*.9 q *ibid*. r *Ecclеſ* 24. ſ 3, *Regum* 12. t *Cant*,28 *Cantic*.24.

*a* Abiſag. *b* Abigael, *c* Iahel, *d* Heſter, *e* Debbora *g* Iudith,

*f* Gratia divina, implevit pia viſcera cordis,
Qua plenā, Gabriel divino affatus ab ore eſt,
Semper Honos, Nomenque ejus, laudeſque manebunt,
Hinc nunquam ceſſa Matri ſervire MARIÆ,
Impenſum Officium, magno quæ fœnore reddet.

a 3. *Regum*. b 1. *Regum* 25. c *Iudic.* 4. *d Eſther* 8. e *Iudith.* 42. g *Iudith.* 13. f *Luca*, 1.

§. 32.

*Præcipit carnalium Appetituum mortificationem, & ſalutare ſui odium.*

Si ſecundum carnem vivetis, moriemini, ſi autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis, *Rom* 8. *v.* 13.

*a* COrporis atque animi, vitioſos comprime motus,
*b* Et, quæcunque facis, rationis ſubjice fræno,
Nec victus cedas, quantumvis urgeat hoſtis,
Ne maleſuada Caro, Sathanas, Munduſve triumphent,
*c* Molliter haud tracta, nimium nec dilige corpus,

*a* Spi-

a *Coloſſ.* 3. b *Gen.* 4. c 1. *Corinth.* 9.

*a* Spiritus at carni prȩſit, vincatque rebellem,
Subtrahe ligna foco, nimium ne ſe exerat
ignis:
Præpedit interdum, ſublata occaſio furtum
Ut puer, imbutus perverſis moribus olim,
*b* Inſultat, quæ non correxit crimina, Matri,
Nec verba, aut virgas, poſthac nec verbera
curat,
Vtque Equus indomitus, præceps evadit &
aſper:
*c* Sic aſſueta caro vitiis, quæ fræna recuſat,
*d* Ad mala proclivis, proprio quaſi pondere
vergit
*e* Aſt revocare gradum, pravos deponere
mores,
*f* Hoc opus, hîc labor eſt, ſi conſuetudo malorum
*g* Prævaleat, magno quæ devincenda labore eſt,
*h* Quo vix utilior, nullus præſtantior illo eſt,
*i* Hoc nō Divitiæ, vanive parantur honores,
*k* Quos mundus quærit; ſunt ejus prœmia
Cœlum,
Quem bene ſi ſapias, nunquam perferre recuſa:

Eſt

a *Rom* 8 b *Eccl.* 30. c *Gen.* 6. d *Pſalm.* 8. & 37. e *Epheſ.* 6. f *Roma* 6. g *ibidem* h *Eccleſ.* 71. *Corinth* 9. i *Pſal.* 68. k *Apoc.* 14.

*a* Eſt labor hic dulcis , ſuſceptus corde volenti,
*b* At gravis invito, peccati aut pondere onuſto
Si ſervus dominetur Hero, præpoſterus ordo eſt,
Sic, ſi cæca caro, victa ratione gubernet.
*c* Infer vim vitiis , illis impone capiſtrum
Sic prudens mercator eris, qui lucra reportat
Mercibus exiguis, quæ non perdentur in undis:
Si durum nimis apparet, quod ſuadeo, bellum,
Perverſâ quod ſemper erit cum carne gerendum?
*d* Cunctos mortales noris ad prælia natos
*e* Non vero ad requiem, ſemper namque excubat hoſtis:
*f* Vim Regnum Cæli patitur , fortiſſima quærit
*g* Pectora, quæ hoſtiles poſſint ſuperare phalanges:
Quod tibi profuſo mercatus Sanguine Chriſtus,
Tun ſperas facile, & ſine pugna aut cæde lucrari?

*a* Sic

*a Pſal.* 118. & 127. b *1. Corinth.* 15. c *1. Corinth.* 9. d *Iob.* 7. *2. Corinth.* 10. & 14. e *1. Pet.* 5. f *Matth.* 11. g *Marci* 10. *Galat.* 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a Sic Chriſto, ſanctiſque fores felicior ipſis,
b Qui variis, illud meruère acquirere pugnis.

§. 33.

*Suadet externorum ſenſuum, linguaque cuſtodiam.*

Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in linguâ meâ. *Pſal.* 38. *v.* 1.

Si quis autem putat, ſe Religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum hujus vana eſt religio, *Iacobi* 1. *v.* 26.

c EXterni ſenſus, ſunt crebra occaſio lapſus,
Ni vigil, & prudens, adſit cuſtodia ubique:
d Claude, *oculos*, *Aures* ſepi, *Linguamque* refræna,
e Et noli *auditu*, nec *viſu* admittere quidquã,
Aut *fari*, niſi, quod rationi conſonat æquæ:
f Sunt ſpinis, claudendæ aures, dum lingua proterva,
g Nequiter effutit, quæ aliis prolata nocebunt,
Quid ſonus, alterius prodeſt deductus ab ore?
Aëra percutiens, nullâ utilitate relictâ
Infligens Animæ crudelia vulnera mortis.

a Præ-

a *Luc.* 22. b *Hebr.* 9. c *Gen.* 3. & 8. d *Pſal.* 118. e *Pſal.* 38. f *Eccl.* 28. g *Pſal.* 37.

a Prædo animæ eſt *oculus* nequam , mala forte puſillis
Scandala ſi præbet , Chriſto ſuadente Magiſtro ,
b Nullus formides, *oculi* tibi tollere lumen.
Hoc etenim præſtat, quam adeas utroque gehennam.
c Nonne exempla docent , cupidi laſcivia *ocelli* ,
Quæ mala causârit, memor es Davidis, d & Evæ ?
e Ac Dinæ, amiſit caſtum, quæ corpore florẽ,
f Inſidiaſque, ſenes quales ſtruxêre Suſannæ!
Pluribus immo Bonis , *viſum* nocuiſſe frequenter ?
Quid juvat aſpectus, ſi non conceditur uſus?
Nil niſi , quod major, vexet turbatio, Mentẽ:
Millia quid referam, funeſta pericula *linguæ*!
g Quêis ſeſe exponit, fræni illi lora remittens:
h Hæc binis labiis , & dentibus ordine cincta eſt,
i Ut nil imprudens, nil proferat ore nefandũ:
k Eſt inimica Deo, feriens de more ſagittæ,
*Lingua* nocens , aliis incommoda plurima cauſans ; Naſ-

a *Threnor.* 3. b *Matth.* 18. c *Gen.* 3. d 2. *Regum* 11. e *Geneſis* 34. f *Dani* 13 g *Proverb* 18. h *Pſal* 38. i *Iob.* 30. k *Ierem* 9. *Pſal.* 49.

Naſcitur ex vitio *Lingua*, ſentina malorum,
a Injuſtum bellum, lites, infamia, cædes,
Diſſidia, & rixæ, maledictio, luxus, & ira:
Exerit ut peſtis contagio, virus in omnes,
Vicinaſque prius, mox quaſvis corripit ædes,
Urbibus, & regnis, cauſam dat, ſæpe ruinæ,
Non parcens ulli, quiſquis contraria ſentit,
b Ut ſolet, ingentem, ſcintilla accendere ſylvam:
Sic *lingua*, exiguum, membrum, ſublima vaſtat,
Perverſa linguâ, nil toto pejus in orbe,
Omnia pervolitat, pervertit plurima; fingens
c Et lingens, palpans, & acuta cuſpide pungens
Per fora, per plateas, per clauſtra, domoſque pererrat,
Permittit paucis requiem, ſit dives, inopſve,
Servus, ſeu Dominus, Laicus ſeu Relligioſus,
Non levius, citiuſque malum committitur ullum,
Quam, quod, perverſæ inducit petulantia *linguæ*,
Qua peccare poteſt, tam æger, quam corpore ſanus,
d Perverſæ *lingua*, mundum complevit abuſus,
a Quem,

a *Iacob.* 4. b *Iacob.* 3. c *Eccl.* 51. *Pſal.* 56. & 63. d *Pſal.* 36.

*a* Quē, nec ſæva poteſt, inferni tollere pœna.
In quo damnatæ *lingua* blaſphemia creſcit
O Monſtrum , ſtigii mergendum fluctibus amnis ,
*b* Tantaleâque ſiti dignum , pœnaque Epulonis ,
Qui ſtillam gelidæ poſcens , non obtinet undæ.

§. 34.

*Otium vitandum , & temporis rationem habendam docet.*

Qui operatur terram ſuam , ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur otium , ſtultiſſimus eſt, *Proverb.* 12. *v.* 11.

*c* O*Tia* devita, vitiis quæ alimenta miniſtrant,
*d* Deſidioſus homo, vitæ vix munere dignus,
*e* *Otia* cunctorum ſunt incentiva malorum,
Hæc ſi ſuſtuleris, periere cupidinis arcus,
Pabula peccati, quæ deſes inertia nutrit:
*f* Temporis elapſi, Deus omnia puncta repoſcet,
Quid dictum, factum ſecreta mente peractū
*g* Cūctaque quæ fiunt de Cæli proſpicit aula:
Eſt tempus, fulvo longe precioſius, auro,

Tota

a *Apoc.* 16. b *Luca* 16. c *Eccleſ.* 31. d *Matth.* 20. e *Prover.* 28. f 1. *Epheſ.* 5. *Pſ.* 13.

Tota hominumque ſalus tranſacto ex tempore pendet:
Et tamen, acceptas perdis tā turpiter horas,
Atque Dies, Menſeſque Annoſque & plurima luſtra,
a Nulla operum ſtudio, collecta fruge bonorum,
An ſperas, inculta feret tibi vinea botros?
Arva inarata cibos, ſperatæ prœmia meſſis?
Erras, hæc ſtudio: multoque paranda labore.

§. 35.

*Manſuetudinem laudat, nec ulli detrahendum, vel Detractorem audiendum præcipit.*

Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. *Pſal.* 36.

Si mordet ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit, *Eccleſiaſt.* 10. *v.* 11.

Sepi aurem tuam ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia & ſeras, *Eccleſiaſt.* 28. *v.* 28.

b SIs cunctis placidus, manſuetus. ſiſque benignus
c Lenis, & ipſorum patienter ſuſcipe mores,
d Si tamē offendant, vindictam quærere noli,

Sed

a *Matth.* 25. b 2. *Timoth.* 2. c *Epheſ.* 4.
d 1. *Reg.* 24. & *Geneſis* 45.

Sed magni meriti reputa, magnæque coronæ
Authorem, caſu quiſquis te læſerit ullo.
*a* Exſpecta patiens: Dominoque relinquito cauſam:
Sic, etenim prudens, ſequeris veſtigia Chriſti,
*b* Qui tulit ingratæ. diverſa opprobria gentis,
Et veniet major tibi conſolatio Cælo:
*c* Ipſe ſed alterius famam, ne læſeris unquã,
Hæc reddenda magis, quam res externa jubetur.
*d* Ecquid in alterius mores, vitamque reflectis
Obliquos oculos? proprios attendito greſſus,
Et cave, ne titubes, proprio ſub pondere preſſus,
*e* Nam proprium cuicunque onus, eſt portare neceſſe,
Non quod in alterius, tergo eſt, humeriſque alienis,
*f* Num ſtultum cenſes, aliorum carpere nævos,
Et turpes, proprii maculas, non cernere vultus?
Heu, quoties rancore malo, invidiaque laborans.

*a* Con-

a *Luca* 21. & *Coloſſ* 1. & 3. b *Pſal* 21. & 30. c *Sapi*. 1. *Iac*. 4. d. *Rom*. 2. e *Galat*. 6. f *Pſal* 108.

a Condemnas Rectum, pravus, defendis iniquum,
Ut fert affectus, rationem paſſio vincens,
Quam vocitas, ſancto Divinum nomine Zelum,
b Trabs oculis infixa tuis, feſtuca videtur,
Aſt feſtuca hærens, alieno in lumine trabs eſt,
Sic lippum, infirmus viſus, te fallit ubique:
Rectius in proprium, torqueres lumina pectus,
c Lurida multorum vitiorum, ubi monſtra videres.
Utilis, hæc propriæ foret, exploratio vitæ,
Qua feſtuca prius, nunc trabs tibi vaſta pateret:
d Sæpius auditu, graviter peccatur, ut ore,
e Ni *detractori*, patulas quis clauſerit aures,
Et facie monſtret, minime ſibi dicta probari,
Namque Aquilo pluvias, ut ventus diſſipat auras,
f Sic facies triſtis, diſpellit crimina linguæ,
Utque foco deſint, ſi ligna, extinguitur ignis,
Peſte, ſuſurronum ablata, ſic jurgia ceſſant
Et maledicta brevi ſumet *detractio* finem.

§. 36.

a *Luca* 18. b *Matth.* 5. c *Roma.* 4. d *Eccleſ.* 28. e *Ibidem.* f *Proverb.* 25.

§ 36.

*Conſortia prava declinanda docet.*

Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea,& qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam. *Eccleſiaſt.* 13. *v.* 1.

*a* Aſſociare bonis, conſortia linque malorum,
*b* Quæ facile abducunt incautum, tramite recto.
*c* Præcipitemque alto, vitiorum in gurgite mergunt
*d* Qui picis attigerit ſordes, fœdabitur illis,
*e* Sic tumido, quisquis convixerit, atque ſuperbo,
Induet ecce animo: cum veſtibus, ipſe cothurnos.
*f* Fermenti ut modico, corrumpitur integra maſſa,
Prava bonos perdit, ſic conſuetudo malorum:
*g* Natura in vitium præceps, velut impetus auræ,
*h* Aut lapis, ad centrum, nativo pondere fertur:

Cal-

a *Pſal.* 17. b *Eccleſ.* 13. c *Marci* 7. d *Eccleſ.* 13. e *Eccleſ.* 13. f 1, *Corinth.* 5. g *Gen.* 6. *pſal.* 13. h *Galat.* 5.

Callidus hæc noſtris, infudit toxica ſerpens
a Viſceribus, vetitum cum ſumpſit ab arbore pomum
Infœlix Adam, genus à quo, ducimus omnes
Nitimur in vetitum quotquot, cupimusque negata.

## §. 37.

*Conſulit Sacramentalem Confeſſionem non differendam, & qualiter ea inſtitui debeat, docet.*

Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur: *Prov.28.v.13.*

b Quidquid delinquis, mature expreſſa dolore
c Contriti cordis confeſſio, ſeria mundet:
d Abſit, ut hoc dicas, peccavi, & quid mihi triſte
Accidit? eſt etenim patiens Deus Arbiter, ergo
e Converti ad Dominum non tardes, nec male differ
Quotidie, ſubito veniet namque illius ira,

Te-

a *Gen.3.* c *Proverb.* 28. c *Pſal.50.* d *Eccleſ.5.* e *Ibid.*

Teque,Maloſque omnes , vindictæ tempore perdet:
*a* Nunc age prævenias , dum mors te exſpectat ubique
Tollere,vel morbus, rationis frangere vires.
*b* Sæpius aſſiduo, ſi non renovetur aratro
Durus ager,duras. molli pro gramine ſpinas
Proferet,at duro,fuerit ſi vomere ſciſſus,
Afferet optatam,maturo tempore meſſem:
Sic Animæ ſubigendus ager , ſtudioque colendus,
Omnibus ut vitiis,vitiorum & ſemine púrus
*c* Condignos grato , producat germine fructus:
Inſtrumenta cupis,culturæ accommoda tali,
Optimus hic vomer , pura & *Confeſſio* raſtrum eſt,
*d* Hæc Cœli eſt clavis, certa hæc medicina malorum eſt,
*e* Fonſque ſalutaris , maculas qui diluit omnes,
Reſtituens luci,tenebroſo carcere dignum,
*f* Pœnam commutans , & tollens Numinis iram.
*g* Nulla ſit,ergo tibi confuſio,dicere verum,
Quo

a *Prov.* 20. b *Prov.* 24. c *Pſal.* 125. d *Matth.* 16. e *Zacha.* 13. f 2. *Reg.* 11. g *Eccle.* 4.

Quo pura, impuram mundet, *Confeſſio* mentem,
Hæc tibi ſit clypeus, cōtra ignea tela inimici,
Sit tutum, quoties inſtat Tentator, aſylum!
Huc fuge, ſi ſtygius Venator retia tendat,
Huc properes, adſit ſi quando occaſio lapſus,
Aut agat in vitium, carnem, corrupta voluntas,
Ne miſer, inferni, diro ſuperatus ab hoſte,
Ludibrium ſuperis fias, ſpoliumque barâthri;
O Homo peccator, vario qui crimine preſſus,
Fœtens ante Deum, æternum damnatus ad ignem,
Compedibus vinctus Sathanæ, num corde reflectis,
Quid de te fieret, ſententia quæque maneret?
a Horâ, ſi improvidum, te mors aufferret, eâdem?
Ni cito pœniteas, crimen *confeſſio* tollat:
Hinc melius ſæpe, ferratas rumpendo catenas,
b Quæque animam fœdant, damnant, peccata fatendo:
Nec pudor hinc revocet, ſuggeſtus Dæmonis aſtu,
c At magis, impendens Divini Numinis ira
Et pudor æternus, toto coram orbe futurus,

E Sumere

a *Lucæ* 12. b *Pſal.* 31. & 37. c *Roman.* 1.

Sumere te moneant, hæc commoda pharmaca vitæ:
Sæpius infirmum, ſolatur potio amara,
Sic peccatorem, *Confeſſio* mixta dolore.

§. 38.

*Explicat utilitates & effectus Divini Amoris, & devotæ Orationis, ejuſque requiſita, & diſtractionis nocumenta.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota Anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua; *Deuter. 6. Matth. 22. Marci 12.*

Si quid petiveritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis; ut gaudium veſtrum ſit plenum. *Ioan. 16. v. 24. Matth. 7. v. 11.*

OMne tuum ſtudium, cordiſque intentio tota,
*a* Sollicitudo, labor, cura, & directio vitæ,
Tendat in augmentum, Divini ſemper *Amoris*
Semina ſic ſpargis, quæ multiplicata reſurgent
*b* Eſt Cœli Theſaurus *Amor*, pax inclyta cordis,
*c* Ignis continuus, qui non extinguitur unquam,

*a Pſal. 118. b Matth. 13. c Actor. 2. S. Auguſt. Meditat. cap. 10. S. Bernardus in iubilo.*

Si

Si non deficiant, pia nutrimenta caloris,
Quêis plenum eſt Cœlum, quêis terræ machina abundat,
Pectore quæ ſacram flammam collecta fovebunt
a Quot ſunt dona Dei, tot ſunt hæc ſymbola *amoris*
b Eſt operoſus *Amor*, permittens otia nunquam
Erumpit ſurſum, Cœlum petit, ardua quærit,
c Hic divinus *Amor* ſolus, ſic ſufficit omni,
Ut totum repleat, nullum permittat inane:
d Eſt *Amor* ipſe Deus, fons omnis, & Author Amoris,
Iugiter hoc ardent, Cherubini cum Seraphinis:
e Omnia vincit *Amor*, mors ipſa, & cedit Amori,
f Hunc, ſi poſſideas, totum, quod quæris, habebis
Æternæ firmum pontem, ſterneſque ſaluti,
Rumpendum nunquam, pereant licet omnia mundi:
g Provocat hunc ſanctum, devota *Oratio Amorem*,



a *Pſal.* 102. b 1. *Corinth.* 11. c *S. Auguſtinus ſoliloquiorum cap.* 19. d 1. *Ioan.* 4. e *Cant.* 8. f *Matth.* 13. g *Actor.* 1. & 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Detrahit è Cælis, humanis mentibus infert,
Non ſecus, ac magnes, trahit ad ſe pondera ferri,
Expellit tenebras, emollit pectora dura,
*a* Frigida cæleſti, perfundit corda calore,
*b* Quo ſuccenſus homo, ſapiet Cœleſtia dona,
*c* Omnia deſpiciet, mundi quæ gaudia fingunt:
*d* Eſt Animæ cibus, & jucunda refectio mentis,
*e* Hacce carens arida eſt, omni privata vigore:
*f* Triſtitiam fugat, & cordi ſolatia præbet,
*g* Certus in adverſis clypeus, defenſio, murus,
*h* Securus portus, nullis cedendo procellis,
Quæ licet exurgant, nihil hæc tamen uſque nocebunt:
*i* Hinc nunquam ceſſet, vigilans ORATIO ab ore,
*k* Cordeque verſetur, deſint ſi occaſio, tempus,
*l* Scilicet ut fertur, volucris ſuper aera, pennis,

*a Sic*

a *Pſal.* 38. b *Lucæ* 12. c *Philip.* 3. d *Pſal.* 118. e *Pſal.* 142. f *Iacob.* 5 g *Pſal.* 80 & 119. h *Pſal* 22 & 26. i *Luc.* 18. k *Epheſ.* 6. l 2. *Paralip* 7.

a Sic devote *orans*, volitat ſuper æthera Cœli,
b Et citius votis, acquirit ſæpe petita,
c Obtinet in puncto, quod non ſperabat in anno:
d Si tamen ad Tempus, Domino differre placebit,
e Sis patiens, cœptaſque preces poſtponere noli.
f Nec deſponde animum, geme, ſpera, inſtantius *Ora*:
g Arbor non uno, repetito ſternitur ictu:
h Sæpius haud animæ, exaudita *Oratio* prodeſt:
i Hinc orando pete, ut fiat Divina voluntas,
k Sic meritum acquires pia quod *Conſtantia* donat,
l Diligit hanc Deus, in factis hanc quærit ubique.



a *Pſal.* 140. *Apoc* 5. b *Pſal.* 9. & 76. c *Pſal* 20 *Iſa.* 65 d *Pſal* 12. e *Eccleſ.* 1 *Luca* 8. f *Pſal.* 76 g *Ibid.* h *Pſal.* 77. & 104. & 105. *Exod* 17. 1. *Reg.* 8 *S. Ambroſius de fide Reſurrectionis.* i 1. *Mach.* 3. *Matth.* 6. & 26. k *Matth.* 15. *Luca* 8. *Ioan.* 20. *S. Gregor. homilia* 25. l *Gen.* 32. *Ioſue* 10.

*Conſtanteſque preces*, fœlici fine coronat.
His capies, quęcunque voles, his vincitur ille,
Qui virtute potens, Mundo dominatur & aſtris,
*a* Et perdives opum, quævis ſic fœnore reddit,
Ut nec aquæ potum, vacuum mercede relinquat:
Ut ſit grata Deo tibimetque *Oratio* proſit,
*b* Spes ſit unita Dei, Fidei ſit cincta decore,
*c* Atque humilis cordis *d* mortali à crimine pura,
Virtutes pete, peccata *e* emendare ſtudeto,
*f* Redde Deo grates, grates benefacta repoſcunt,
Hæc ſtatue ante oculos, nulla hæc oblivio tollat
Sunt, ea plura magis, quam ſunt in littore arenæ,
Neve æquare potes nullaſve rependere vices,
Hæc memorando, licet vitam conſumpſeris omnem,
*g* Nec proſunt animæ, dum plurima verba profaris,

Si

a *Matth*.10. & 25. b *Daniel* 13. *Pſal* 51. 71. & 77. c *Eccl.* 35. d *Pſal.* 49. *Iſa.* 1. e *Pſal.*38. & 128. f *Pſal.*33. & 115. *Philip.* 4. g *Iſa.*19, *Matth.*15. *Marci* 7.

Si non, juncta pio cordi, *Devotio* vera:
a Nobilis hæc gemma eſt, magno quærenda labore,
Sanctarumque *Precum* Nucleus, ſuccuſque, medulla
Hæc ſi deficiat, vires, nec robur habebunt.
Corporis externos geſtus, cõpone decenter,
b Cuſtodique Oculos, nõ huc illuc vereflecte,
Sæpe perit, tali inflexu devotio tota,
Eſt ingrata Deo, vanis *Oratio* mixta,
Ni revocando animum, pellas quæ vana recurrunt
c Vah mortalis Homo, pẽdes qui totus ab illo
d Mendicus, Servuſque Dei, Peregrinus, Egenus,
e Ex cujus nutu, vitæ ſpiracula ducis,
f Quique à ſolo ipſo, debes ſperare ſalutem,
Et redis in nihilum, inſtantini protegat omni,
Hunccine præſumis, diſtracto corde *rogare*
g Sæpius ignorans, labiis quæ verba profaris.
Ipſe noces tibi, peccatis & ſemina præbes,
*Orandoque* magis Divinam colligis iram:
Rex qua frõte, tua audiret, ſtolidiſſima verba,
Quæ confuſa nimis, vix forte intelligis ipſe,
An non iratus regali excluderet aula, Et

a *Matth.* 13 b *Pſal.* 118 *Trenor.* 3. *Proverb.* 4. *S. Gregor in Iob* c *Pſal.* 30. d *Pſal* 38. & 59. e *Dani.* 1. f *Pſal.* 103. g *Iſa* 19 *S. Bernar. meditat. cap.* I. *ſanct. Chryſoſt. in ſerm.*

Et graviter lueres, tanti contemptor honoris:
a Sic faciet Deus, in *precibus*, ſi mente vageris,
Contemptumque ſui, ſpreti zelabit Honoris:
Hinc ne aliunde nocens rapiat diſtractio mentem,
b Divino coram vultu, te ſtare memento,
Quem Sancti, Angelicique Chori, laudando tremiſcunt.
Proſtrati in facies, humili cum voce ſalutant,
c Qui notat, obſervatque *preces*, & intima cordis
Inſpicit, atque audit, puro nũ corde rogetur
d Datque locum precibus, ſeu ſpernens aure repellit:
e Hæc animo concepta, DEI PRÆSENTIA ubique
Utilis *oranti*, impediet phantaſmata vana,
Immiſſa à Sathanâ, meritorum ut præmia tollat:
Hæc ſi rite obſerves, nunquam *Oratio* fructum
Amittet, duplicem præfixo tempore reddet, §. 39.

a *Matth*. 15. b *Proverb* 15. *Apoc*. 5. *ſanct. Auguſt. meditat. cap*. 24. c *Eccleſ*. 23. *Iob*. 13. & 32. *Pſal*. 138. d 1. *Reg*. 1 & *ibid* 16. *Matth*. 8. & 20. e *Gen*, 24. *Pſal*. 118. & 141. *Eccl*. 34. & 39.

§. 39.

*Suadet maturam rerum ſuarum, in ſanitate diſpoſitionem, & agonizantis hominis anguſtias, & extremam ejus cum morte luctam deſcribit.*

Hæc dicit Dominus, diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives. *Iſaiæ* 38. v. 1.

TUnc Domui diſpone tuæ, æternæque ſaluti
Proſpice, dum mentis compos, dum corpore ſanus,
Ac tempus patitur, tantis incumbere curis,
Quas differre diu, ſtolidum eſt, plenumque periclis,
Quæ noſces, triſtis veniet cum tempus agonis:
Difficile eſt homini, tunc invigilare ſaluti,
a Cum dolor affligit, morbuſque augetur in horas,
Faucibus occludens halitum, & præcordia ſtringens,
b Lingua, manuſque, pedes, & cætera membra rigeſcunt,
Lucem oculi fugiunt, auditus deficit ægro,
Cor ſalit, & languet, facies pallore repletur,



a 2. *Machab.* 5. b *Petrus Damianus.*

Ingeniumque perit, ſitis ardet, lingua palato
Hæret, nec poterit, quæ vult ſermone profari,
Faſtiditque cibos, requies ſomnuſque recedit
a Sperat, deſperat, diſtenditur undique curis,
b Nunc latus in dextrum, ſe voluit, nuncque ſiniſtrum;
Nec relevamen habet, motum ſuperante dolore,
Pluraque tunc adſunt, diræ prænuntia mortis,
Agmine cum facto, invadunt peccata nocentem,
c De quibus, in vita, nunquam fortaſſe reflexit,
Ut totam veniæ ſpem, deſperatio tollat,
Hinc lucta interna, hinc ſequitur turbatio mentis,
Ancipitique metu, totus percellitur æger,
d Neſcius inferni, vel Cæli ſede locandus,
Dum ventura brevi, dubii concluſio finis:
Gaudia ſanctorum, inferni aut tormenta daturus:
Aſſiſtunt ægro flentes, augentque dolorem,
Nil prodeſſe queunt. vitæ ſolatia deſunt,
Tunc Draco Tartareus, gaudens, modo tempus adeſſe.

Spe-

*a S. Gregorius Nyſſenus in Homilia ad Monachos. b Pſal. 40. c 2. Macha. 9. d Eccleſ. 9.*

Speratum dudum,toties cur retia jecit,
a Advolat,immani ut prædam,deglutiat ore:
b Adſtat & Angelicus Cuſtos,defendat ut ægrum,
Auxiliumque ferat,rabido ne cedat in eſcam,
Accipiatque brevi,tranſactæ præmia pugnæ,
Ut poſtrema feret ſententia,Iudicis æqui,
Sic de te pugnatur homo, & tamen immemor horum es?
c Corpus mandatur terræ,fit vermibus eſca,
Deque ſalute Animę,vix cura aut ſollicitudo
d Sed magis,ut rapiat,defuncti morte relicta,
Queis veluti ſpoliis hoſtis quæ cepit ab hoſte
Ditati læti celebrant Jovialia feſta:
Hæc homo, vera ſciens, ſecurè an vivere pergis?
Deſpiciens ea,quæ certo ventura ſciuntur?
e Evigila, nam tempus adeſt, expelle ſoporem,
Si modo non facias:nil poſt vigilare juvabit:
f Quid tunc divitias, mundique habuiſſe favores,
Agmina ſervorũ, palatia ſplendida honores,
Proderit?auxilium nequeant cum ferre ſaluti

 Affli-

a *Apoc.*12. b *Lucæ* 16. c *Gen.*3.*Iob.*17. & 25. d *Eccl.*6, e *Roma* 3 f *Proverb.*11. *Pſal.* 48. & 75.

Afflictura magis, poſitum in certamine finis,
Quid, rogo, facturus, tanto qui gurgite merſus?
*a* Interno, externoque carens ſolamine, ſol⁹?
Undique reſpiciens, nullum ſuccurrere cernens?
*b* Tanta futurorum profert oblivio damna,
Quæ ſpes longævæ vitæ, cauſatur inanis,
Ultima peccatis, claudat ſi, limina vitæ:
Hinc cape conſilium, in mortis, quod proderit horâ,
Fac bona, cum poteris, mala vita, reſpice finem,
*c* Eſto inopi largus, nec nummos arca reſervet,
Hos hilari, largaque manu, diſperge petenti,
Sic non diſcedes ſolus, comitatus Amicis,
Qui vigiles aderunt, & opem conferre parati,
Ne Leo diripiat rugiens, orcoque remittat:
Hæc, ſi ſæpe tuam, ſubeat meditatio mentem,
Proſpicies citius rebus, fatalia mortis
Expectans minimè, quæ tunc magis alta requirunt
Cum tua cauſa agitur, mortis; vitæve perennis
*d* A quâ finali, nunquam appellare licebit.

§.40.

a *Eccl*, 51. b *Matth*. 25. c *Tob*. 14. d *Eccl*. 12.

§. 40.

*Spiritus & carnis luctam internam & qualiter ſe homo circa illam gerere debeat, explicat.*

Spiritu ambulate, & deſideria carnis, non perficietis. Caro enim concupiſcit adverſus Spiritum, Spiritus autem adverſus carnem, ad *Galat.* 5. *v.* 15 & 16.

[a] SPiritus & Caro, cum ſemper luctentur in armis,
[b] Et Mundi ac Sathanæ, nunquam certamina deſint,
Noſtraque diverſis ſit vita objecta periclis:
Quis ſolus poterit; pugnaces vincere turmas?
[c] Non niſi, qui vigilans, ſemperque paratus ad arma,
Divini clypeo bene ſit munitus Amoris:
Nullus confidat nimium, nec ſtare quietus
Tentet, at in cunctas partes, ſua lumina flectat:
Uritur inſidijs hoſtis, nec prodit aperto
Marte, ſed improvidum, trahit in ſua vincula captum:
[d] Hinc ſemper pavidus, nulli confide quieti,



a *Hebr.* 6. b *Epheſ* 6. c 1, *Pet.* 5. d *Proverb* 28.

Ex oraq; Deum, tua qui certamina cernit,
*a* Ut ferat auxilium, aſſiſtat, defendat ab hoſte,
Tunc ſecurus eris, victoria certa ſequetur,
Confuſusque hoſtis fugiet, pacemque relinquet
*b* Ad tempus, minimeque tamen, ceſſabit ab armis,
Invenietque novas artes, fraudeſq; nocendi.
Hinc repetenda prior pugna eſt, roburque virile
Sumendum, nec danda quies, niſi morte peracta

§. 41.

*Virtutem* PATIENTIÆ *ac ejusdem utilitatem & neceſſitatem deſcribit.*

Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua PATIENTIAM habe, Eccl. 2. v. 4.

In PATIENTIA veſtra poſſidebitis animas veſtras, *Luca* 21. *v.* 19.

PATIENTES igitur eſtote fratres uſque ad adventum Domini, *Jac.* 5. *v.* 7.

INter virtutes, Cœli queîs regna meremur,
Præcipuè excellit duri PATIENTIA victrix,

*Vir-*

*a Rom.* 10 b *Luca* 11.

a Virtutum Cuſtos, Radix, Aurigaque, currus,
b Quam docuit Chriſtus, factoque exercuit ipſo,
Diſcipuliſque ſuis, ſervandam juſſit ubique.
Quâ ſine, nulla poteſt vere ſubſiſtere virtus,
Quæ nucleo dulci, duro ſed cortice conſtat:
Annehomo, tam fœlix, in mundo cernitur ullus,
c Conditione gravis, pauper, ſeu ſtemmate clarus,
Qui ſemper lætus, fortuna uſusque favente?
In cunctis fœlix? nunquam contraria ſenſit?
Vix credo, ex cunctis reperiri millibus, unum:
Hoc fructu optato, gaudet PATIENTIA ſola:
Obſcurare ſolet Phœbum, nubecula ſæpe,
Et mare pacatum, minime præviſa procella:
d Sic nihil eſt homini ſtabile, aut quod permanet idem,
Subditur at varijs, momento motibus uno,
Nunc triſtis, lætus, ſanus, morbove laborans,
Dives, egens, tum pace fruens, mox litibus ardet
Nam velut, alterno inconſtans fluxuque refluxu
a Tur-

a S. Gregor. hom. 34 in Evang. S. Thom, 22. quæſt. 136. art. 2. b Luca 21. c Iob 14. d Dan. 5. Eſter 7, Dan. 4.

*a* Turbatur Pelagus, deſcendit, ſcandit inal-
tum,
*b* Sic variatur homo, rerum mutante recurſu,
Æqualique ſtatu, in vita, vix permanet un-
quam;
Et multi tamen, inſipientis cordis Alumni,
In Mundo requiem venantur, & otia quæ-
runt,
*c* Quæ non invenient, niſi ſint virtute proba-
ti:
Non ulla eſt virtus, toti ſic utilis orbi,
Perficiensque hominem, quam ſit PATIEN-
TIA firma,
*d* Hac bene munitus, poteris perferre quod
optas,
Morbos, pauperiemque pati, ac contraria
quævis:
Abſque hac, jejunare grave eſt, orare mole-
ſtum,
Ac animi motus, durum ſuperare nocivos,
Atque injuſta PATI, vitijs indicere bellum,
*e* Res famamque tuam lædenti, ignoſcere
prompte,

*a* Cu-

a *Pſal* 106. b *Pſal.* 39 c *Eccleſ.* 2. d *Tobiæ* 2. *Iob* 4. & 16. *Pſal.* 9. *Proverbiorum* 9 *Eccleſiaſt.* 8 *Roman.* 5. e *Matth.* 5. *Lucæ* 6. *Roman.* 5.

a Cuſtodire oculos, b aures, c linguamque loquacem,
d Continuo pravam naturam, vincere bello,
Quæ ſolus PATIENS, animo bene perferet æquo,
Invito impatiens, ſine ſpe mercedis & ulla.
e Nulla adverſa timet PATIENS, ad cuncta paratus,
Cum patiendo ſciat, meriti ſe augere coronam,
Fertque Crucem placidus, ſequitur ſine murmure Chriſtum,
Ductorem fidum, qui vires addit Eunti
Demonſtratq; vias, & onus portare juvabit,
Ad Montis donec, veniat ſuprema SIONIS,
Præmia ubi capiet, perpeſſo digna labore,
Eſt Roſa cum ſpinis PATIENTIA, fundit odorem:
Flos gratum, ſpinaq; caret, dum ſente revulſus:
Sic in terra adverſa manent, ſed præmia cœlum
f Servat, ceſſat ſpina, manet Roſa florida ſemper:

Hinc

a *Iob* 30. *Pſ*, 118. b *Eccl.* 28. c *Pſal.* 38. d *Gen.* 4. *Matth.* 16. *Ioan.* 21. 1. *Cor.* 9. S. *Aug. tr.* 20. *in Ioan.* S. *Greg. hom.* 22. *in Evang.* e *Pſal.* 26. & 22. *Iob* 1. f 2. *Matth.* 7.

Hinc bene ſi ſapias & fundamenta quietis
Sternere certa velis, quæ non turbatio tollat,
In cunctis PATIENTER age, & turbabere nunquam,
Efficiet dulces. PATIENTIA ſancta labores,
Suſcipietq; volens, divini ſigna favoris,
Eveniant quæcunq; velint, contraria ſurgant,
Eſt in triſtitiâ, certus PATIENTIA portus,
In bello gladius, ſcutum, defenſio, murus,
a Mons firmus, Caſtrum, quod non vincetur ab hoſte;
Ut condimentis, Eſcæ redduntur amaræ
Dulces, dura caro mollis, guſtuque ſuavis;
Sic condire cibos, poterit PATIENTIA duros
Virtutum, cordis quarum dulcedo palatum,
Sic ſolet afficere, ut videatur melle repletum,
b Certus quod pœnam, requies æterna ſequatur:
Nil grave virtuti, quando PATIENTIA nutrit,

Quæ

a *Tob* 2 *pſal.* 962 & 70. *Lucæ* 8. & 24. *Rom.* 5. & 15. b 2. *Matth.* 7.

Quæ minus haud recreat, quam nutrix lacte
pusillum;
Nobilis eſt virtus, quam dat PATIENTIA
cordi,
Hæc ſi deficiat, virtutis nomen inane eſt,
Nec meriti, laudis ve capax, faſtidia gignit,
Quod panis vitæ tribuit PATIENTIA con-
fert
Omni virtuti, ſi ſit meritoria cœli:
Virtutis ſedes, poſita eſt in rupibus al-
tis,
Aſcenſus quorum durus, plenusque peric-
lis,
Ni comes adfuerit PATIENTIA, robur adau-
gens:
In cunctis ergo rebus, PATIENTIA Dux ſit,
a Quæ faciet leve, quod grave, diminuetq;
laborem:
Non eſt in campis, fructus pretioſior ullus
b Utiliorque homini, quam ſit PATIENTIA
conſtans
Hac, ſi forte cares, nec flos hic creſcat in hor-
to
Interni cordis, totis conabere votis,
Exorare Deum, ut folium transmittat ab al-
to,

Quo

a Matth. 11. b S. Cyprianus Serm. 3. de
Patientia

Quo faciat dulces flores, quos credis amaros.

§. 42.

*Æternitatem deſcribit, & continuam ejus memoriam habendam docet.*

Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui, *Pſal. 47. v. 6.*

Incurvati ſunt colles Mundi, ab itineribus Æternitatis ejus. *Habacuc 3. v. 6.*

Diſcedite â me in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus, *Matth. 25 v. 41.*

Qui pœnas dabunt in interitu Æternas, â facie Domini, & gloria Virtutis ejus. *2. Theſſal. 1. v. 9.*

Continet Æternum, ſpacia infinita per æva,
Deficit & nunquam, ſed ſemper permanet idem,
Non illud facunda poteſt, edicere lingua,
Nec capere ingenium, aut doctus deſcribere verſus;
Illius hinc umbram ſolam, monſtrare laboro
Æterni nemo, vaſtum penetrabit abyſſum,
Deſcendet ſemper, nec erunt veſtigia finis;
a Æternum, verbum durum eſt, ſi Æterna ſequatur Pœnæ

a *Matth. 25.*

Pœna,ſed acceptum,reſonet ſi præmia cœli.
a Hoc terrore,ſolent juſtorum corda pavere,
Æternosque annos,retinent in mente recluſos;
b Impij ad immemores,hic vivunt abſque timore,
c Nec cordi ſumunt,eſſet ceu fabula vana
Donec eos doceant,Æternum,Frigus & Ignis.
d Æternus,qui luce caret,cunctæque quietis
Expers,multiplicat pœnas, ſine fine perennes;
e Nunquid deliciæ,Saltus,convivia luxus?
Organa lætitiæ?carnis ſeu fœda voluptas?
Ac cibus & potus?dulcis ſint nectaris inſtar?
Seu quodcunque poteſt,homini contingere gratum,
Quando carent requie, tandem faſtigia gignunt?
f Annuet expertus,nolit ſi vera negare,
Nam requie ablatâ,in mundo durabile nil eſt:
g Hinc,pœnas expende graves, quas inferet ignis
Ardens continuo, conſumens corpora nunquam:

O

a *Habacuc.* 3. *Pſ.* 18 & 47. b *Pſ.* 143. & 16. *ac* 72. c *Sap.* 2. d *Ierem.* 15 & 17. *Ioan.* 15. *Apoc.* 19 & 21 e *Sap.* 2. f *Sap.* 5. g *Pſ.* 139.

O quam fœlici, natos ſe ſorte putarent
Damnati, ſi poſt annorum millia mille,
Tunc Deus è Cœlo, volucrem demitteret alto,
Imperiumque daret, roſtro ut portaret arenæ
Granum, de cunctis, in Mundo, montibus, unum,
Ac ſimul his lapſis annis, pro more rediret,
Donec totius Mundi, evacuaſſet arenas,
Securique forent, quod poſt hæc tempora lapſa,
(Infinita licet, ſi computus arte probandus:)
Æternas poſſent, Inferni evadere pœnas,
Sperarent finem, ſic tandem inſtare dolorum
Sed minime fiet, ſpes eſt præciſa volucris,
a Adveniet nunquam, non ÆVUM tempora mutant,
Sed manet ut fuit, & ſententia lata manebit,
A quâ finali, quævis exceptio ceſſat,
Quam non elident, omnes in jure periti,
Ac immota manet, nulla revocabilis arte,
b Nam qua parte cadunt, hac ſemper ligna manebunt:
c Proferet hunc triſtem, ÆTERNORUM oblivio fructum
Quem ſi non optes, ÆTERNIS proſpice rebus
Ac

*a Iob. 1 Pſal 54. Luca 16. Matth. 25. b Eccleſ. 11. c Sap. 5. Luca 6.*

Ac Animo, ÆTERNUM, noctuque diuque re-
volve,
Ut quando veniet, maneant tibi præmia cœ-
li,
a Et quod tunc feciſſe voles, fac tempore vi-
tæ,
Ut non pœniteat, capiet cum Gratia finem,
b Et Ratio reddenda Deo, tempusque pro-
pinquat
Mortis, & Æterni poſcet Fatalia Judex,
c Firmiter & ſtatuet, quod non mutabitur
unquam,
d Judiciumq; feret, momento temporis uno,
Quando Anima egreditur, carnisque erga-
ſtula linquit:
Prudens Nauta, videns inſtantes imbre pro-
cellas,
Non dormit, vigilat, parat inſtrumenta ſalu-
tis,
Demittit Velum, Malum, Antennam, An-
chora prompta eſt,
Ac ut naufragium vitet, deſudat ubique;
e Sic quoque tu vigila, Æternas præverte
procellas,
f Undiq; verte oculos, ut ſpirant flamina
Mundi, In-

a *Matt.* 25. b *Luc.* 16. c *Matt.* 25. c *Domin. Soto in* 4 *diſt.* 45. *q.* 1. *a.* 3. d *Matt.* 24. & 25. e *Pſal.* 38. *Prov.* 13. *Habac.* 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inſtrumenta tenens, horâ quâcunque parata,
Ne præviſa minus tempeſtas vincat aquarum
a Obſerva ac Imbres, Syrtes, Scopuloſque doloſos,
Qui latitant varij, vitæ præſentis in undis,
Naufragiumque parant, Stygijs & fluctibus amnis,
b Demergunt Animas, niſi ſit vigilantia conſtans,
Quam dabit, ipſa frequens Mortis Meditatio, & unâ
c Judicij, Inferni, Cœli, Æternique futuri,
Gaudia perpetua, aut luctum ſine fine datura.

§. 43.

*Deſcribit gaudia ſanctorum, & Cœleſtis Regni pulchritudinem.*

Quam dilecta Tabernacula tua, Domine virtutum concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini, *Pſal.* 83. *v* 1

Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. *Pſal.* 149. *v.* 5.

EST Homini communis Amor, qui fertur in omne

Quod

a *Pſal.* 103. S. *Auguſt. Medit, cap.* 24. b *Matth.* 18. & 25. c *Eccli.* 7.

Quod putat, eſſe bonum, conferre & commoda poſſe,
*a* Sæpius illudit tamen, hæc Perſuaſio falſa,
*b* Cum bona vera putet, quæ ſunt extrema malorum,
*c* Et quæ melle latent, poſt ſint abſynthia amara,
Hæc prodit finis, pro lætis triſtia reddens:
*d* Ergo bonum mundi, dolus eſt, deceptio, frausque,
*e* Eſt hamus, laqueus, Sathanæ fallaxq́; ſagena,
*f* Blandaq; Serpentis facies, cui cauda nociva
*g* Qua ferit incautos, infert mortisque venena,
*h* Et poſt deridet, quos ſic infecit, ovatque
Ut victor lætus, prædas ex hoſte reportans:
*i* Hinc bona certa magis, quæ ſunt æterna, require,
*k* Quæ cœlo veniunt, ſtabilem referentia fructum,
Fraude dolisve carent, omnisq; expertia fuci,
Fortunæve Rotæ, ſtabili fundamine nixa
*l* Hæc inter bona, perfectum ſummumque bonorum eſt,



a *Gen.*3.2.*Reg.*11.b *Prov,*23.*Gen.*30 c *Daniel* 13.*Iob* 21.d *Sap.*5.e *Pſ.*139 f *Gen.*3.1.*Corinth* 11.g *Apoc.*17.h *Abac.*1 i *Coloſſ.*3.k *Iacobi* 1.l *S,Auguſtinus* Medit.Cap.23,

Depoſito vili, mortalis pondere vitæ,
*a* Æthereas animam ſedes; conſcendere læ-
tam,
*b* Dilecto innixam placidè ſuper æthera duci
*c* Amplexu dextræ recipi, conſtringier ulnis,
*d* Electam ſponſamque Dei pulchramque
Columbam.
*e* Dicier, impoſitum finemq; audire laborum
*f* Cæleſtem ſcribi Civem, diademate Regis
Cingier, innumeris Sanctorum cætibus addi.
*g* Dotibus ornari, Carni quas gloria confert.
Subtilem eſſe, & clarum, impaſſibilemque a-
gilemque,
*h* Veſtiri byſſo, nitidis ſplendeſcere gemmis,
*i* Candidulas geſtare ſtolas , palmasque vi-
rentes
Lilia mixta Roſis, Violis intextaque ſerta
*k* Sceptra aurata manu, dominatus ſigna te-
nere,
*l* Angelicos ſpectare Choros, convexa tueri,
*m* Cœli, Divini radiari lumine Vultus
*n* Dulciſonum reſonare melos, guſtare ſu-
pernas

Delicias

a *Cant.* 6. & 8 b *Ibidem*, c *Ibid.* d *ib.* e *ibid* f *Eph.* 2 *Tob.* 2. & 6 g *Pſ.* 10 *Apoc.* 4. & 7. S. *Thomas ſupplem. q.* 82. 83. & 84. h *Apoc.* 6. & 7. i *ib.* k *ſapi.* 10. l *Pſal* 35. 1. *Ioann.* 3. m *Apoc.* 5. *Pſal.* 41. n *Luca* 22. *Pſal.* 358. & 149.

Delicias, grati ſatiari nectare potus,
a Et ſuavi externos ſenſus, dulcedine paſci:
b Per Cœli volitare polos, plus ocyus Euro,
Mente loqui quæcunq; voles, conſtare beatis
c Turbari nunquam, morbos mortemve timere,
Abſtergi lachrymas, omnique carere dolore,
d Lunari ſubjecta globo, tormentaque averni
Spectare, & varias rerum cognoſcere cauſas,
Iucundisque frui ſocijs, conveſcier illis:
e Contemplando Deum, nova gaudia carpere ſemper:
f Hæc ſunt vera bona, æterno quæ tempore durant
Perpetuoque hujus vitæ, condigna labore.
Splendida quid referam, Sanctorum Habitacula Cœli?
Quæ miris ornata modis, pulcherrima viſu!
g Portæ conſtructæ gemmis, auroque plateæ
h Excelſi muri, Chryſtalli more refulgens.
i Horum fundamenta, auri ſunt lamina mundi,
k Jaſpide, Chryſolitis, ſaphiris mixta coruſcant



a *Iſai* 60. *Apoc.* 14. b *S. Thomas ſupplem.* q. 84. *art.* 3. c *Apoc.* 21. d *Luca* 16. *Iſai. ult.* *Pſal.* 79. 1. *Corinth.* 11. e *Apoc.* 7. f *Rom.* 8. g *Apoc.* 21. *v.* 12. h *Ibid.* i *Ibid.* k *ibid.*

*a* Smaragdis, hyacinthis, berillo atque amethyſto
Chryſopraſo, calcedonio, viridique topaze:
Sunt & majoris, veſtigia plura decoris,
Quæ Deus in Cœlo, ſanctis ſpecioſa paravit:
*b* Omnia ſed ſuperat, Facies perfulgida Chriſti
Quæ fulgore ſuo, Cœlos illuminat omnes,
Hunc augent ſacræ rutilantia VULNERA carnis,
Lancea, Crux, Clavi, & reliqua inſtrumenta ſalutis,
*c* Quæ retinet, veluti veteris veſtigia Amoris,
Ac præclara magis, ſuperato de hoſte trophæa
Aſpectu quorum Sanctorum, Gaudia, Amores.
Et Laudes creſcunt, nudo quæ tempore ceſſant
*d* Hunc ſequitur Solem, pulcherrima Luna MARIA
Atria quæ Cœli, ſpeciali luce ſerenat.
*e* Et veluti mane exurgens Aurora decorat.

*a* Excel-

a *Ibid.* b *Apoc.* 21. *v.* 24. c *S. Ambroſius lib.* 10. *in Lucam*, d *Cant.* 6. e *Ibid.*

*a* Excelſo ſubvecta Throno, vicinaq; Chri-
ſto,
*b* Ut Regina poli, Sanctorum gloria ſumma,
Quos ut mater amat, ſummo dignatus ho-
nore:
Concivesque ſuos, jucunda voce ſalutat,
Veſtibus exornat pretioſis, munera donat
Nomine dilecti, Matris qui cuncta relinquit
Arbitrio pleno, placidis defertque petitis:
*c* Nil ſperare poteſt homo: quod non largi-
ter omne
*d* Hic habiturus erit, quando ſatianda vo-
luntas,
*e* Tam pleno guſtu, nihil ut deſideret ultra
*f* Huc igitur curas converte, huc dirige facta,
*g* Huc & collimet, vitæ directio tota,
Ut magnetis acus, verſans ad ſigna polo-
rum,
Præclara eſt Cœli merces, quæ tanta futura,
*h* Dicere ut hanc nequeat, ſuavis facundia
linguæ
Nota illi ſoli, tribuit qui præmia tanta:
*i* Omnes ſi mundi pœnæ, cumulentur in u-
num,



a S *Bernard.ſer.*1.*de Aſſumpt* b 2.*Reg.*2.c *Rom.* 8.d 1.*Corinth.*13. e *Ioann.*22.& 24 *Pſ.* 16.f *Matth* 6. g *Michea* 6.h *Corinth.* 1. i *Auguſt.in manuali cap.*5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et quæ ſæva poteſt , tormenta inferre Tyrannis
Uni homini, ſubeunda forent, atque Ignis averni
*a* Ureret ad Tempus, poſthac ut gaudia cœli
Perciperet, minimum tamen , hæc attingere punctum,
*b* Aut umbram poſſent , quæ Gaudia tanta merentur:
*c* Fortiter hinc pugna, labor haud te tædeat ullus.
*d* Hic, quanto eſt major, tanto quoque plenior ipſa
Gloria Sanctorum, duplicanda corona ſalutis:
Ut Laude indignus, ſine pugnâ , aut cæde Triumphus,
Quem non præcedit, victoria parta labore,
*e* Demonſtrans Animi robur, pectusque virile;
*f* Sic Chriſti miles, ſi Animæ non vicerit hoſtes
De illecebris mundi, carnis Sathanæque triumphet,
*g* Non rapiet Cœlum, quod fortia pectora poſcit,

*h So-*

a *Ibid.* b *Rom.* 8. c *Epheſ.* 5. 1. *Corinth.* 9. d *Pſal* 93. *Hebr* 12. e 2. *Timoth.* 2. & 4. f *Hebr.* 11 1. *Pet.* 5 g *Matth.* 11.

a Solaque condigna mercede in fine coronat:
b His ſolare animum , quoties hunc triſtia frangunt,
c Quem minime lædent , quando cœleſtia volvit,
d Quin potius, reddens dulcem, quemcunq; laborem,
e Ærumnasq; graves, ſolatia vera ſequentur
f Triſtitiamque brevem, infinita hæc gaudia claudens
Quæ tibi Lectori, ex cordis penetralibus opto;
Hoc voto, finem præſentis claudo Libelli,
Ut vivendo piè, guſtes hæc Gaudia Cœli,
Quæ tibi promitto , data ſi præcepta ſequaris.

a *Iacob* 1. 2. *Corinth.* 1 *&* 7 b *Iob* 6. c *Philip.* 9 d *Pſal.* 26. e *Pſal.* 89. *Iob.* 6, *Rom.* 15. f *Apoc.* 2. *Cant.* 2.

FINIS.

# INDEX PARAGRAPHORUM

qui hoc Nucleo myſtico continentur.

§. I.

Demonſtrat rectam & veram VIAM, quæ ad Cœlum ducit, & in quo conſiſtat Perfectio vitæ Chriſtianæ, explicat, ac craſſos vulgi errores detegit.

2. Arguit hominum imprudentiam, circa conſiderationem Noviſſimorum,

3. Pœnas inferni ante oculos ponit.

4. Deſcribit peccati turpitudinem & vindictam.

5. Reprehendit prudentiam carnis.

6. Detegit fraudes, & laqueos diaboli.

7. Suadet fugam carnalium voluptatum, ac earum pericula, & infœlicem finem deſcribit, ac fraudes diaboli ulterius detegit, uti & pœnas, quas poſt hac infliget.

8. Deſcribit vitæ humanæ brevitatem & inconſtantiam.

9. Conſulit mortis meditationem.

10. Demonſtrat Dei præſentiam ubique.

11. Aperit hypocriſis vitium, ejusque pœnam.

12. Explicat ſeveritatem extremi Judicij, & finalis Sententiæ: ITE. VENITE.
13. Purgatorij locum, & pœnas deſcribit, & modum eas evadendi docet.
14. Adverſa Mundi æquo animo ferenda conſulit, eorumque fructus & merita deprædicat.
15 Qualiter in hoc mundo vivendum ſit, docet.
16. Virtutem laudat, & per quæ acquiratur, explicat.
17. JUSTITIAM ſervandam præcipit, & ejus violationem prohibet.
18. Perſonis miſerabilibus, & Pauperibus ſubveniendum docet, & merita Eleemoſynarum explicat.
19. Reprehendit nimiam aliquorum ſolicitudinem, ut poſt mortem amplas divitias hæredibus relinquant; & ſan ora ſuggerit conſilia. Ac latius Eleemoſynarum fructum ac virtutes demonſtrat, & ad eas hortatur.
20. Explicat fructus intentionis rectæ & conformitatis humanæ voluntatis cum divina.
21. Duplicitatem cordis & omnem fallaciam carpit.

22. Cordis contritionem, & Dei timorem inculcat.

23. Veſpertinum conſcientiæ examen, & angelicam tutelam invocandam monet.

24. Quid mane ſurgenti faciendum exponit.

25. Honorum & divitiarum contemptum ſuadet, & pericula eorum memorat, humilesque conſolatur.

26 Sacramentorum Virtutes explicat.

27. Superbiam & cætera vitia capitalia vitanda docet.

28. Vitam, & Paſſionem Chriſti meditandam docet.

29. Beneficia Dei grato animo recolenda; conſulit.

30. Sanctos invocandos & imitandos docet.

31. B. Mariam Virginem honorandam hortatur, ejusq; figuras & laudes ex ſacris literis & vaticinijs prophetarum deprædicat.

32. Præcipit carnalium appetituum Mortificationem, & ſalutare ſui odium.

33. Suadet externorum ſenſuum, linguæque cuſtodiam.

34. Otium vitandum & temporis rationem habendam docet.

35. Manſuetudinem laudat, nec ulli detrahendum, vel detractorem audiendum præcipit.

36. Conſortia prava declinanda, docet.
37. Conſulit Sacramentalem confeſſionem non differendam, & qualiter ea inſtitui debeat, docet.
38. Explicat utilitates & effectus divini Amoris & devotæ Orationis, ejusque requiſita, & diſtractionis nocumenta.
39. Suadet maturam rerum ſuarum in ſanitate diſpoſitionem, & agonizantis hominis anguſtias, & extremam ejus cum morte luctam deſcribit.
40. Spiritus & carnis luctam internam, & qualiter ſe homo circa illam gerere debeat, explicat.
41. Virtutem PATIENTIÆ, ac ejuſdem utilitatem & neceſſitatem deſcribit.
42. Æternitatem ob oculos ponit, & continuam ejus memoriam habendam, docet.
43. Deſcribit gaudia Sanctorum, & cœleſtis Regni pulchritudinem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN